τες ὑποστρέφουσιν· οὕτως ἐπιτιθέντες τοῖς μάρτυσιν τὰς αἰκίας οἱ δήμιοι, ἑαυτοὺς τῷ καμάτῳ κατέκοπτον, καὶ ῥωμαλαιοτέρους τοὺς δεχομένους εἰργάζοντο, καὶ τῆς τῶν ποθουμένων εὑρήσεως ἀπετύγχανον· ὅθεν καὶ τοῦ σωτῆρος αἱ νύμφαι θάρσος ἀήττητον ἐνδυσάμεναι, καὶ πρὸς πάσας τοῦ ἐχθροῦ τὰς ὁρμὰς ὁπλισάμεναι, καὶ γενναίως ἐν τῷ θεάτρῳ τῆς πίστεως τοῖς ἀντιπάλοις παλαίσασαι, ἀκλινεῖς καὶ ἀχείρωτοι τοῖς κολάζουσιν ἔμενον, οὐ τοσοῦτον τῶν μαστίγων φροντίζουσαι, ὅσον οἱ μαστίζοντες ἔπασχον· ἡ γὰρ τῶν οὐρανίων ἐλπὶς, καὶ τῶν προπασχόντων κραταιὰ καὶ ἀκράδαντος ἔνστασις, ἀνδρειοτέρας αὐτὰς ἀπεδείκνυεν·

sui lucrum nullum habentes reveriti revertuntur; sic et carnifices verbera apponentes, sese labore fatigabant, et eos qui acceperant, robustiores efciebant, et eorum quae desiderabant frustrabantur intentione. Unde et illae Salvatoris sponsae insuperabili indutae constantia, et adversus omnem impetum inimici armatae, fortiterque in spectaculo fidei cum hostibus colluctatae, inflexibiles et paene intractabiles poenas inferentibus permanebant; non tantum de flagellis ipsae sollicitae, quantum hii qui flagellabant patiebantur, laboribus fatigati. Spes enim caelestium, et eorum, qui antea passi fuerant, immobilis et fortis in-

Digitized by Google

καὶ αἱ ἀλγηδόνες αὐταῖς τῶν πληγῶν ὑπετέμνοντο.

κγ. Ἐπὶ πολὺ δὲ τοῖς μάρτυσι φιλονεικήσαντες οἱ δικάζοντες, τέλος ἡττήθησαν καὶ τῶν βασάνων ἐπαύσαντο, καὶ τὰς μάστιγας εἴασαν, καὶ τοὺς ξυστῆρας ἀπέῤῥιψαν, καὶ νικητικῶν αὐτοῖς στεφάνων γεγόνασιν αἴτιοι, τὸν διὰ τοῦ ξίφους αὐτοῖς ἐπενέγκαντες θάνατον· ἡμέραν εἶχεν ἕκτην ὁ παρ' αἰγυπτίοις μεχὶρ, μίαν δὲ καὶ τριάκοντα ὁ παρὰ ῥωμαίοις ἰανουάριος, ὅτε μάρτυρες οἱ φιλόχριστοι διὰ Χριστὸν μαρτυρήσαντες κεφαλὰς ἀπετμήθησαν· οὕτω τοὺς ἁγίους ἀθλήσαντας μάρτυρας καὶ τοὺς νικητικοὺς στεφάνους ἁρπάσαντας, καὶ τὰ βραβεῖα

stantia, robustiores eas monstrabat; (immo et plagarum dolores extinguebat).

23. Diutius autem cum adversus martyres contendissent, superati sunt, et a tormentis cessaverunt, et flagella dimiserunt, et strigiles proiecerunt, atque victricum eis facti sunt coronarum auctores, mortem illis per gladium inferentes, cum sextum diem haberet mensis, qui apud Aegyptios nuncupatur mechir, et primum ac trigesimum is qui apud Romanos ianuarius appellatur: quando et amici Christi martyres cum propter Christum martyrizassent, animadversionem capitum pertulerunt. Taliter sanctos martyres pas-

Digitized by Google

τῆς ἄνω καὶ θείας ἀνύσαντας κλήσεως, ὁ πιστὸς λαὸς ἀνελόμενοι ᾠδὴν ἐπινίκιον ᾄδοντες, εἰς τὸ Μάρκου τέμενος ἤγαγον, ὃς τήν τε πίστιν αὐτοῖς ἐνερίζωσεν, καὶ τῶν ὑπὲρ ταύτης ἀγώνων τὸ στάδιον ἤνοιξεν, καὶ τῶν ἀμαράντων στεφάνων ἀπήρξατο· καλῶς τοὺς φοιτητὰς τῷ διδασκάλῳ συνάπτοντες, καὶ τῷ βραβευτῇ προσνέμοντες τοὺς ἀθλήσαντας, καὶ τῷ ποιμένι τὰ πρόβατα φέροντες, καὶ τῷ γεωργῷ τὰ πλήρη καρπῶν τῶν σταχύων προσάγοντες, καὶ τῷ στρατηγῷ τὴν τῶν στρατευομένων ἀήττητον φάλαγγα· ὁ δὲ γεγηθὼς ὡς τέκνα γνήσια τοὺς ἁγίους ἐδέξατο, καὶ χαίρων ὡς μιμητὰς ἀκριβεῖς ἐν ἀγκάλαις προσέλαβεν, καὶ σκιρτῶν τῷ θεῷ προσ-

sos, et triumphalia diademata consecutos, et bravia supernae ac divinae vocationis adeptos, fideles populi efferentes, canticum triumphale canendo, ad Marci basilicam detulerunt, qui eis et fidem radicavit, et per hanc certaminum aperuit stadium, ac perceptarum eis inmarcescibilium coronarum exordium factus est: bene discipulos magistro copulantes, et agonithetae eos qui certaverant praesentantes, et oves ad pastorem ducentes, et agricolae plenam fructibus spicam, atque praetori insuperabilem contionem ferentes. At ille gratulabundus tamquam proprios filios sanctos suscepit, et gavisus veluti diligentes imitato-

Digitized by Google

ἠγαλεν, φωνην ἀφιεὶς διαπρύσιον· ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς· καὶ παρόντων τῶν πιστῶν ὁμηγύρεων, τὰ τῶν μαρτύρων κατέθηκε λείψανα· οὐ κοινῇ τοὺς ἀμνοὺς καὶ τὰς ἀμνάδας συνθάψαντες, οὐδ' ἅμα τὰς νύμφας Χριστοῦ καὶ τοὺς νυμφαγωγοὺς τῇ γῇ κατακρύψαντες, ἀλλ' ἰδίαις ἀμφοτέρους σοροῖς θησαυρίσαντες, ἐωεὶ φυλὴν φυλὴν καθ' ἑαυτὴν καὶ ταύτας διαιρεῖν ἐπαιδευθησαν, κἀνταῦθα τηρεῖν ἐσπούδασαν τὸ παράγγελμα· καὶ τῶν μὲν ἁγίων οἱ ἆθλοι καὶ οἱ δρόμοι καὶ αἱ πάλαι καὶ αἱ νίκαι, καὶ πρὸς τούτοις οἱ ἀμάραντοι στέφανοι, καὶ ἡ ἐν τῷ ναῷ Μάρκου τοῦ θείου κατά-

res, in ulnis assumpsit, (et exultans Deo obtulit) clare missa voce profatus: ecce ego et pueri, quos mihi dedisti Deus. Apud quem fidelium caterva martyrum recondidit corpora, non communiter agnos et agnas consepelientes, neque simul sponsas Christi et paranymphos humo abscondentes, sed privatis utrosque tumulis recondentes: nam tribum tribum seorsum, et mulieres eorum seorsum dividere fuerant eruditi; quapropter et hic quoque festinaverunt servare praeceptum. Et sanctorum quidem certamina, et cursus, et luctamina, et victoriae, quin et coronae immarcescibiles, et in templo Marci sacratissimi depositio, taliter ut per pauca di-

Digitized by Google

θεσις, οὕτω πως ὡς δι' ὀλίγων εἰπεῖν ἐτελέσθησαν, καὶ πέρας ἔσχον ἐπίσημον.

κδ. Εἴπωμεν δὲ καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἐνταῦθα μετάθεσιν, καὶ τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἡ μετάθεσις γέγονεν· μετὰ τὰς πολλὰς ἐκεῖθεν ἡμέρας, ἵνα τί καὶ μωσαΐσωμεν, καὶ τοῦτο τοῖς μάρτυσι χαρισώμεθα· ἀποδέξονται γὰρ ἡμᾶς ἐν τοῖς αὐτῶν ἐγκωμίοις μωσαΐζοντας μᾶλλον ἢ πλατωνίζοντας· μετὰ τὴν ἐκείνων τῶν τυράννων κατάλυσιν, καὶ τῶν τοὺς ἁγίους κολασάντων ἀπώλεσιν, καὶ τῆς τῶν εἰδώλων μυσαρᾶς λατρείας καθαίρεσιν, καὶ ἱδρυμένων αὐτοῖς ναῶν καὶ βωμῶν τὴν καΐάπτωσιν· μετὰ τὴν Κωνσταντίνου τοῦ μακαριστοῦ πρώτου χριστιανῶν καὶ ῥωμαίων τὰ

camus consummata sunt, et finem habuerunt insignem.

24. Dicamus autem etiam inde huc factam translationem, et causam propter quam translatio facta est. Post multos itaque dies, ut aliquid etiam mosayce fateamur, et hoc martyribus condonemus, recipient enim nos in praeconiis suis mosayzantes potius quam platonizantes, post illorum tyrannorum destructionem, et eorum qui sanctos punierunt interitum, et simulacrorum detestabilis servitutis depositionem, et ararum ac templorum quae ipsi statuêre ruinam; post beati Constantini qui primus christianus Romanorum



Digitized by Google

σκῆπτρα κρατύναντος, καὶ τῶν υἱῶν μεταβίωσιν· μετὰ τὴν Ἰοβιανοῦ καὶ Οὐαλεντιανοῦ τε καὶ Γρατιανοῦ πρὸς ζωὴν τὴν κρείττω μετανάστασιν, μετὰ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου καὶ τῶν ἐγγόνων πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν ἀνάλυσιν, Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ τὴν βασιλείαν διέποντος, καὶ Κυρίλλου τοῦ θείου τὰ ἐνθάδε λογικὰ τοῦ Χριστοῦ ποιμαίνοντος πρόβατα, καὶ μεγαλοφώνῳ σάλπιγγι τὴν τῆς εὐσεβείας σοφίαν κηρύττοντος, δαίμων τίς ζοφερὸς καὶ αἰγύπτιος ἀνεφαίνετο Μενουθὴς τοὔνομα, κώμην οἰκῶν τὴν ἐπώνυμον, θήλεως μορφὴν προσποιούμενος, καὶ ταύτῃ δεικνὺς τὴν οἰκείαν ἀσθένειαν, καὶ πρὸς τοὺς ἄῤῥενας τῇ ψυχῇ τὴν ἀσθένειαν μᾶλλον ἀδράνειαν, οὐ σθένει φυγὼν τὴν ἀβύσσιον ἄλυσιν,

sceptra roboravit, ac filiorum obitum; post Ioviniani quoque et Valentiniani, et Gratiani ad meliorem vitam migrationem; post Theodosii magni ac filiorum ad requiem supernam resolutionem; Theodosio minore imperium moderante, et divino Cyrillo rationabiles hic Christi oves pascente, et magniloqua tuba pietatis sapientiam praedicante, daemon quidam teterrimus et aegyptius apparebat Menuthis nomine, castellum a se cognominatum inhabitans, et formam feminae fingens, et hac propriam infirmitatem et imbecillitatem demonstrans adversus eos qui mares sunt

Digitized by Google

ἀλλὰ Θεοῦ συγχωρήσει τέως ἐαθεὶς πρὸς ἡμετέραν ἀσφάλειαν, ἵνα ἀεὶ μνημονεύωμεν, τούτου τὰς κακουργίας θεώμενοι, ὁποίων ἡμᾶς δυσχερῶν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἠλευθέρωσεν· οὗτος ὁ δαίμων ὁ σκοτεινὸς ὡς αἰγύπτιος, ὁ θηλύφρων ὁμοῦ καὶ θηλύμορφος μετὰ Λοξίου τὲ καὶ τρίποδος τὴν κουφότητα, καὶ τῆς ἐν Δοδώνῃ δρυὸς σιγὴν ἀνεκλάλητον, καὶ τὴν τοῦ κασταλικοῦ νάματος σιωπὴν ἀτελεύτητον, καὶ τοῦ ῥοδίου ταύρου τὴν συνγνωσθεῖσαν αὐτῷ πτῶσιν ἀμύκητον, καὶ τὴν πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν ἑλληνικῶν μαντείων κατάσβεσιν, Ἀσκληπίου τε τὴν μὴ τελευτῶσαν ἐκπύρωσιν, καὶ τῶν κατ' αὐτῶν ἰατρῶν τὴν παντελῆ καὶ ἀνίατον λόβωσιν, προφη-

animo, non virtute fugiens abyssi catenam, sed Dei permissione interim ad cautelam nostram dimissus, ut semper memores simus huius mala opera conspicientes, qualibus nos Christus Deus difficultatibus liberaverit. Hic daemon tenebrosus sicut aegyptius feminei sensus erat pariter et formae, post Loxii et tripodis surditatem, et ineffabilem dodoneae quercus taciturnitatem, et interminabile castalici fluenti silentium, postque rhodii tauri sine mugitu sibi non agnitum casum, et omnium ut ita dicatur paganarum divinationum extinctionem, Asclepiique non finitam inflammationem, et similium omnimodam et insa-

Digitized by Google

τεύειν καὶ νόσους ἰατρεύειν, μᾶλλον δὲ ψευδοειπεῖν καὶ νοσοποιεῖν ἐτερατεύετο φάσμασιν· πῶς γὰρ ὁ ψευστὴς ὢν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὸ ψεῦδος ἐκ τῶν ἰδίων λαλῶν, ἐν ἀληθείᾳ τε παντελῶς οὐχ ἱστάμενος; ἢ πῶς ὁ τὴν ἰδίαν ἣν εἶχέν ποτε μὴ φυλάξας ἀρχὴν, ἀλλ' ὡσεὶ νεκρὸς ἐβδελυγμένος ῥιφεὶς, καὶ σκώληξι βρύων, καὶ σῆψιν ἔχων ὑπόστρωμα, ὁ πᾶσαν πτῶσιν πεσὼν, καὶ μεγάλην νοσῶν τὴν ἀσθένειαν, αὐτοὶ γὰρ προφητικῶς εἰπεῖν, ἠσθένησάν τε καὶ ἔπεσον, καὶ παντὸς ἀγαθοῦ τὴν ἀνίατον περιχειμένοι νέκρωσιν ἑτέροις ῥῶσιν ὀρέξειεν; ἢ νοσοῦσιν τισὶν ἀλεξήσειεν, ὁ βοηθεῖν ἑαυτῷ μὴ δυ-

nabilem medicorum laesionem, prophetare ac mederi languoribus, immo falsa dicere ac morbis inficere per phantasmata protendebat. Nam quomodo is qui mendax est ab initio, et mendacium de proprio loquitur, in veritateque prorsus non stat, veritatem asseveret? aut quomodo is qui proprium quem habuit aliquando principatum non custodivit, sed veluti mortuus abhominatus proiectus est, et vermibus scatet, et putredinem habet stratum, qui omni casu cadit, et ingenti languet infirmitate; ipsi enim, ut prophetice dicamus, infirmati sunt et ceciderunt; totiusque boni est mortificatione circumdatus, aliis sanitatem porrigeret? aut languentibus quibusdam praesta-

Digitized by Google

ἁμενος ; ὃ γάρ τις ἔχει ἐκ φύσεως τοῦτο λαχὼν, ἢ πρὸς ἑτέρου λαβὼν καὶ φυλάξας ἀμείωτον, τάχα ἂν ἠδύνατο καὶ πρὸς ἄλλων ἐκτείνειν μετάδοσιν· ὃ δὲ μὴ ἔχει, πῶς ἑτέροις δι-δόναι δυνήσεται ;

κε. Καὶ τούτων οὕτω κειμένων, πολλοὺς τὸ εἰδεχθὲς τοῦτο δαιμόνιον ταῖς ἀπάταις παρέσυρεν, καὶ προσκαλεῖσθαι αὐτοῦ τῷ βωμῷ ἐλπίδι ῥώσεως ἢ προφητείας ἀνέπειθεν, οὐ μόνον ἀπιστοῦσιν καὶ πάντη τοὺς αὐτοῦ προκειμένους κελεύσμασιν, ἀλλὰ καὶ πιστοὺς καὶ Χριστοῦ τὰ σύμβολα φέροντας· δεινὸν γὰρ ἡ κακία πρὸς ἑαυτὴν ἕλκουσα τὸν ἄκακον, τάχα δὲ καὶ τὸν ἀρα-

ret remedia, qui sibi auxiliari non valet? quod quis habet, hoc vel ex natura sortitus, vel ab altero acceptum si custodierit indiminutum, fortassis poterit ad alios quibus impertitur extendere: at vero qui non habet, quomodo aliis tribuere potuerit?

25. Et his ita positis, multos foedissimum hoc daemonium seductionibus suis abstraxit, et aram suam residere, spe recipiendae sanitatis, vel percipiendae prophetiae, suasit, non solum infidelibus, et cunctis his qui iussionibus eius parebant, sed et fidelibus et hominibus qui Christi portabant inditia. Novit enim malitia ad se trahere simplicem, fortassis autem et eum qui ad melio-

Digitized by Google

ρότως πρὸς τὰ κρείσσονα νεύοντος, εἰ μὴ θεὸν φύλακα τῆς αὐτοῦ κτήσετο νεύσεως· ἄλλως δὲ καὶ οἱ τούτου τοῦ ἄστεως ἔκγονοι πολὺ τὸ ἀκέραιον ἔχοντες, καὶ μᾶλλον ἐν ἀφελότητι γνωριζόμενοι, εὐχερῶς τῶν ἀρίστων ἐπὶ τὰ χείρω μεθίστανται, καὶ ῥαδίως βλαβεροῖς παραφθείρονται, καὶ δυσχερῶς ἐκ τῶν ἡττωμένων ἀνάγονται, τὸν πολυόμματον νοῦν οὐκ εὐόμματον ἔχοντες· ὅθεν καὶ Παῦλος τοιούτους τοὺς Γαλάτας θεώμενος, θαυμάζω φησὶν πῶς οὕτως ταχέως μετατίθεσθε ἀπὸ τοῦ καλέσαντος ὑμᾶς ἐν χάριτι Χριστοῦ· καὶ μετὰ πολλὴν διδασκαλίαν καὶ σοφωτάτην παραίνεσιν εἰκότως αὐτοῖς ἐμαρτύρησεν τὸ ἀνόητον· Ἑβραίους δὲ βλέπων ἔτι

ra congrue spectat, nisi Deum sui custodem habeat nutus: alias et huius urbis soboles multam simplicitatem habentes, et in simplicitate potius agnitae, facile a melioribus ad peiora mutantur, et leviter a noxiis corrumpuntur, ac difficilius ex minoribus eriguntur, multorum oculorum mentem non bene oculatam habentes: unde et Paulus cum tales Galatas vidisset, miror, ait, quod sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi: et post multam doctrinam, sapientissimamque admonitionem, consequenter eos insensatos esse testificatus est. Porro cum Hebraeos lacte adhuc egere, et inexercitatos habere

Digitized by Google

χρήζοντας γάλακτος, καὶ γυμνὰ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια πρὸς διάκρισιν καλοῦ καὶ τοῦ χείρονος ἔχοντας, νοθροὺς ἀξίως καὶ νηπίους ὠνόμασεν· Κορινθίοις τοῖς προλαβοῦσιν σωφρονεῖν κινδυνεύουσιν, μή πως ὡς ὁ ὄφις, ἔφη, ἐξηπάτησεν Εὔαν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, φθείρῃ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἁπλότητος καὶ τῆς ἁγνότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν· ἡ δὲ σοφία τὸν κακὸν νοῦν εὐμαρῶς φησὶν μεταλλεύεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο διδόναι πανουργίαν ἀκάκοις, παισὶν δὲ καὶ νέοις τὸ φρόνημα, αἴσθησίν τε καὶ ἔννοιαν ἐπαγγέλλεται.

κς. Ἀλλ' ὁ θεσπέσιος Κύριλλος ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς καὶ Χριστοῦ τοῦ καλοῦ ποιμένος μαθητὴς καὶ ἀκόλουθος ἀεὶ τῷ τῆς ἡμέρας καύμα-

animae sensus ad discretionem mali et boni vidisset, imbecilles merito et parvulos nominavit. Corinthiis autem, qui deprehensi fuerant cum periclitantibus sapere, timeo, inquit, ne forte sicut serpens seduxit Evam in astutia sua, corrumpantur sensus vestri a simplicitate et castitate, quae est in Christo. Sapientia quoque animum, qui sine malitia est facile transmutari dicit, et idcirco dari astutiam innocentibus, pueris autem et iuvenibus prudentiam, sensumque ac intellectum.

26. Sed ille Cyrillus egregius, pastor bonus, et Christi boni pastoris discipulus et sectator, qui

Digitized by Google

τι συγκαιόμενος, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς συμπηγόμενος, καὶ τῶν ὀμμάτων τὸν ὕπνον ἀφιστῶν καὶ τροχοῦμενος, ἵνα ἀγρυπνοῖς ὄμμασιν καὶ ἐγρηγόρῳ τῷ νῷ φυλάττῃ τὰ πρόβατα καὶ μὴ κλέπτοιντο καὶ θύοιντο καὶ ἁρπάλλοιντο μηδὲ θηριάλωτα γίγνοιντο· οὕτω γὰρ καὶ τὸν φθορέα καὶ θῆρα Νεστόριον λῃστὴν ὁμοῦ καὶ λύκον ἐφώρασεν, καὶ τῆς μάνδρας ἐδίωξεν, καὶ τῆς ποίμνης ἀπήλασεν ἄπρακτον, τὰ πρόβατα φυλάξας ἀλώβητα. Κύριλλος ὁ Θεοφίλου τοῦ θείου καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ ζήλου τυγχάνων διάδοχος, τὴν ἀπάτην βλέπων τοῦ δαίμονος, καὶ τῶν πιστῶν τὴν βλάβην θεώμενος, τοῦ σωτῆρος ἱκέτης ἐγένετο, καὶ παῦσαι τὸ κακὸν ἐλιτάνευεν,

semper et diei caumate cremabatur, et noctis glacie stringebatur, quique ab oculis somnum repellebat et avertebat, ut lucubrantibus visibus et vigili mente custodiret oves, ne furto ablatae fuerint et mactarentur, et perderentur, vel a bestiis caperentur; sic enim et furem et feram Nestorium, latronem simul et lupum perspexit, et a mandra insecutus est, atque inefficacem pepulit ab ovili, illaesas oves custodiens; Cyrillus inquam, qui cum Theophili avunculi sui et praesulatus esset et zeli successor, seductionem daemonis intuens, et fidelium laesionem conspiciens, Salvatoris servus effectus, ut cessaret malum, daemo-

Digitized by Google

τοῦ τε δαίμονος καταργῆσαι τὰ φάσματα, καὶ τελείαν τῷ λαῷ παρασχεῖν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν, καὶ τῆς αὐτοῦ θεογνωσίας τὸν ἔρωτα· ὁ θεὸς δὲ θᾶττον τὰς τοῦ θεράποντος δεήσεις δεξάμενος, καὶ τὸ τῆς καρδίας θέλημα δέδωκεν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν πιστῶν αἰτήσεις ἐπλήρωσεν· ὀφθαλμοὶ γὰρ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· θέλημα γὰρ ὄντως τῶν φοβουμένων αὐτῶν ποιήσει, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται· ἐπειδήπερ ἐγγὺς πᾶσιν τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ καθέστηκεν· καὶ τοῦ μὲν δαίμονος ἔθραυσεν τὴν ἐνέργειαν, τοῦ δὲ λαοῦ τὴν ἀσθένειαν ἐθεράπευσεν· ἑνὶ γὰρ δικαίῳ ὁ θεὸς χιλίους χαρίζεται· καὶ λαῷ πολλάκις εὐσεβῶς ἱκετεύοντι· οὗ-

nisque destruerentur phantasmata, et perfecta populo praeberetur veritatis agnitio, ac divinae ipsius cognitionis amor, precatus est; Deus autem maturius famuli sui precibus admissis et cordis voluntatem dedit, et effusas pro fidelibus suis petitiones implevit; oculi Domini super iustos, et aures eius ad preces eorum; voluntatem enim re vera timentium se faciet, et orationes eorum exaudiet; quoniam prope est omnibus, qui invocant eum in veritate. Et daemonis quidem fregit operationem, plebis autem infirmitatem curavit; uni enim iusto Deus mille peccatores donat, et popu-

Digitized by Google

τῷ γὰρ καὶ τῷ Λὼτ τὴν πόλιν ὁλόκληρον ἐχαρίσατο ἐπὶ τῇ αἰτήσει θαυμάσας αὐτοῦ καὶ τὸ πρόσωπον· καὶ τῷ Μωϋσεῖ τὸν Ἰσραὴλ ἁμαρτάνοντα πολλάκις δεδώρηται· οὕτω καὶ Κυρίλλῳ θεὸς δικαίῳ τυγχάνοντι, καὶ κατὰ Λὼτ αὐτοῦ καὶ Μωϋσέα θεράποντι, πόλιν ὅλην καὶ ὅλον λαὸν ἐδωρήσατο.

κζ. Καὶ δὴ νύκτωρ αὐτοῦ μεθ' ἱκετείας καθεύδοντι, δι' ἀγγέλου τὸ πρακτέον ἐμήνυσεν, Κῦρον κελεύσας τὸν ἀοίδιμον μάρτυρα ἀπὸ τοῦ Μάρκου τοῦ θεσπεσίου νεῶ πρὸς τὸν τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν σηκὸν μεταστήσασθαι, ὅνπερ ὁ προεδρεύσας Θεόφιλος ἐν αὐτῇ τῇ κώμῃ Μενουθῇ ἣν δομησάμενος, ἐν ᾗ καὶ τὸ εἴδωλον ἵδρυτο,

lum non numquam pie supplicanti; sic enim et Loth civitatem integram donavit, super petitione admiratus eum et facie; et Moysi Israël peccantem saepe donavit. Ita et Cyrillo Deus cum esset iustus, et suus instar Loth et Moysi famulus, totam civitatem et populum totum donavit.

27. Et ecce noctu et post supplicationes dormienti per angelum quid esset agendum significavit, Cyrum iubens memorabilem martyrem ab egregii Marci templo, ad sanctorum evangelistarum transferre basilicam, quam Theophilus, qui ante illic praesulatum tenuerat, in eodem castello Menuthi dedicaverat; in quo et simulacrum

Digitized by Google

καὶ τὸ δαιμόνιον ἐπεπόλαζεν· τοῦτον Κύριλλος ὁ θαυμάσιος τὸν χρησμὸν δι' ἀγγέλου δεξάμενος, ἐπὶ Μάρκον τὸν ἅγιον ἔδραμεν, καὶ τὸ σεπτὸν ἐκκαλύψας Κύρου σπιρίδιον, ἔνδον σὺν αὐτῷ καὶ Ἰωάννην τὸν τρισόλβιον εὗρισκεν· καὶ σοφῶς λογισάμενος ὡς ἀμφοτέρους τὸ θεόλεκτον πρόσταγμα τῇ τοῦ ἑνὸς προσηγορίᾳ, διὰ τὴν ἀμφοτέρων ὁμολογίαν τε καὶ ὁμοφροσύνην ἐμήνυσεν, καὶ ὡς οὐ δέον διελεῖν μετὰ θάνατον οὓς οὐ τρόπος οὐ τόπος οὐ τάφος οὐ χρόνος οὐ πάθος διέλυσεν, τούτους ἄμφω λαβὼν εἰς τὸ λειχθὲν αὐτῶν τῶν εὐαγγελιστῶν ἱερὸν μετήγαγεν τέμενος, σκιρτῶν ὁμοῦ καὶ ἀγαλλόμενος κατὰ Δαβὶδ τὸν μακάριον πρὸ τῆς κυβω-

locatum fuerat, et daemonium frequentabant; hoc itaque Cyrillus mirabilis oraculo accepto, ad sanctum Marcum cucurrit, et venerabili revelato Cyri sepulchro intus cum eo et Iohannem ditissimum (1) repperit, et sapienter arbitratus quod utrosque a Deo dictum praeceptum, per unius appellationem propter utriusque concordiam et unanimitatem indicaverit, et quod non esset decorum post mortem separare quos non mos, non locus, non sepulchrum, non tempus, non passio dissolvisset; hos ambos acceptos in idem iam dictum evangelistarum sacrum transtulit templum,

(1) Dic *beatissimum*.

Digitized by Google

τοῦ κυρίου χορεύοντα παραπλησίως μιμούμενος· ὅθεν καὶ κατ' αὐτὸν τὸν μελῳδὸν τὴν πνευματικὴν αὐτοῦ λύραν καὶ θεόπνευστον ἁρμοσάμενος μελῳδίαις δύο τοὺς μάρτυρας ἤνεσεν, τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ δημοσιεύων τερπνότητα, καὶ τοῖς εὐσεβέσιν εἰκὼν καὶ ὑπόδειγμα τοῖς ἐπὶ τοῖς ἁγίοις εὐφροσύνης γινόμενος· ὡς καὶ οἱ νῦν ἐντυγχάνοντες, καὶ τὸν ἐκείνου πόθον γινώσκουσιν, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ διάθεσιν μεταβάλλουσιν· χαίρουσιν γὰρ εὐθὺς καὶ σκιρτῶσιν ὡς Κύριλλος, καὶ τὸν Χριστὸν τοῖς ὕμνοις γεραίρουσιν, καὶ ταῖς εὐφημίαις στεφανοῦσιν τοὺς μάρτυρας.

κη. Θαυμάσαι γὰρ ὄντως ἐστὶν τοῦ σωτῆρος

tripudians pariter, et exultans, beatique David morem imitans, ante arcam Domini chorum ducentis: unde et secundum eundem modulatorem, cum spiritalem lyram suam et divinitus inspiratam coaptasset, duobus martyres laudavit modulaminibus, iocunditatem quae sibi inerat publicans, et piis imago et exemplum in sanctorum laetitia factus; quae et hii qui nunc sunt relegentes, et illius amorem cognoscunt, et ad ipsius affectum pertranseunt: gaudent enim continuo et exultant more Cyrilli, Christumque hymnis concelebrant, et coronant laudibus martyres.

28. Miranda enim re vera est Salvatoris po-

Digitized by Google

τὸ πάναλκες καὶ τὸ τῆς αὐτοῦ προνοίας πανεύπορον, πῶς οὐ θεῖον ἐξ οὐρανοῦ βρέξας καὶ πῦρ, τὸν ἀλιτήριον ἐκεῖνον ἐκεραύνωσε δαίμονα, ὡς πάλαι Σόδομά τε καὶ Γόμορρα τῇ φύσει μεμφόμενα, καὶ τὸν ποιητὴν ὡς οὐκ εὖ τὰ καθ' ἡμᾶς διαθόμενον ἐνυβρίζοντα· οὔτε γῆν ἀνοιχθῆναι καὶ καταπιεῖν τὸν ἀκάθαρτον ἔκρινεν, ὡς ποτὲ Δαθὰν καὶ Ἀβιρὼν συναγωγὴν ὑπερήφανον· οὔτε λίθους ὀμβρήσας τὸν ἀνόσιον ἐχαλάζωσεν, ὡς ἔθνος ποτὲ τῷ Ἰσραὴλ ἀνθιστάμενον· οὔτε πεσεῖν τὸ τοῦ μιαροῦ βδελλυρώτατον ἄγαλμα, καὶ εἰς λεπτὰ συντριβῆναι προσέταξεν, ὡς πάλαι τὸν Βὴλ καὶ τὸν Δαγὼν κατελέπτυνεν, ἀλλὰ σώμασι νεκροῖς καὶ κοιμη-

tentia, et providentiae divitiae, quomodo non sulphur de caelo pluens et ignis, noxium illum daemonem fulguraverit, quemadmodum Sodoma quondam atque Gomorra, naturae detrahentia, et factorem quasi non bene quae circa nos sunt disposuerit, iniuriis impetentia! neque terram aperiri et absorbere immundum iudicaverit, ut aliquando superba Dathan et Abiro conventicula: neque lapidibus instar imbrium dimissis grandinaverit non sanctum, sicuti gentem quondam quae restitit Israëli: neque cadere illius polluti abhominabile simulacrum et in pulverem conteri iusserit, sicut olim Bel et Dago comminuerat; sed per cor-

Digitized by Google

μένοις ἐν μνήματι τὸ τούτου θράσος κατεύνασεν, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῷ καυχωμένων τὴν ἀλαζονείαν καθήσχυνεν· δεῖξαι θέλων ὡς οἶμαι τοῖς συνετοῖς καὶ ἀρτίφροσιν, πόση μὲν ἡ τῶν αὐτοῦ μαρτύρων καὶ μετὰ θάνατον δύναμις, πόση δὲ τῶν παρ' ἕλλησι θεῶν ἡ ἀσθένεια, καὶ ὅσον ἥττωνται οἱ θεοὶ χρηματίζειν αὐχήσαντες, ἀκινήτοις ἁγίων καὶ νεκροῖς καὶ μὴ πορεύουσιν σώμασιν.

κθ. Ἐνταῦθα γὰρ ἐλθόντες οἱ ἅγιοι, καὶ τοῖς εὐαγγελισταῖς γενόμενοι σύσκηνοι, πρῶτον μὲν ἐξ αὐτῆς εὐθὺς τῆς εἰς τὸν ἱερὸν τοῦτον σηκὸν ἐπιβάσεως εἰς φυγὴν τὸ δαιμόνιον ἔτρεψαν εἰς τάρταρον ἐκ γῆς ἐκδιώξαντες, καὶ

pora mortua et iacentia in monumento, huius temeritatem deposuit, et compescuit insaniam, et
* ita cod. in se gloriantium confusit * iactantiam; ostendere volens ut reor sapientibus et sensus sanos habentibus, quanta eorumdem ipsorum martyrum etiam post mortem fuerit virtus, quanta vero gentilium deorum infirmitas, et quanto facilius hi qui Deos vocatos se gloriantur, per immobilia sanctorum et mortua et non spirantia corpora superentur.

29. Huc cum sancti venissent et evangelistarum cohabitatores effecti, primum quidem ipsa locatione, quae in hoc sacro templo effecta est, protinus in fugam daemonium converterunt, et

Digitized by Google

τρόπαιον ἐπὶ τῇ τούτου φυγῇ θριαμβεύσαντες, ἔρημον τὴν οἰκίαν τοῦ οἰκήτορος ἔδειξαν· δεύτερον δὲ τούτοις ἔργον ἐπράττετο ἡ τῶν ὑπαρχόντων τῷ δαίμονι σκύλευσις ἤγουν ἡ πόρθησις· ἄνθρωποι ἦσαν αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα καὶ γύναια τῷ βωμῷ προσκαθήμενα, ἐλπίσι κεναῖς ἀπατώμενοι καὶ φαντασίᾳ δεινῇ χλευαζόμενοι· οὕσπερ οἱ μάρτυρες ψυχὰς νεκρωθέντας καὶ σώματα, τὸν ἰσχυρὸν τῇ φυλῇ καὶ τὴν θείαν φωνὴν πρότερον δήσαντες, ὡς νεκρὸν ἐσκύλευσαν· δεύτερον καὶ ζωὴν αὐτοῖς φιλανθρώπως χαρίζονται τῇ πηγῇ τῆς ζωῆς αὐτοὺς προσενέγκαντες· καὶ γνῶναι θεὸν δωρησάμενοι, ὃν ἀγνοοῦντες νενέκρωντο· καὶ φῶς ἀληθινὸν χαρισάμενοι,

atrum illum in tartara persequentes, et trophaeo in huius fuga triumphantes, desertam exhibuerunt habitatoris domum. Secundum vero ab his opus agebatur patrimoniorum, quae inerant daemoni, expoliatio idest devastatio: viri enim erant patrimonia eius, cum mulierculis, qui ad aram sedebant, et spe vana decepti, et acriori phantasia delusi; quos martyres animabus et corporibus mortuos veluti quaedam spolia depraedati sunt: prius forte fuga secundum divinam vocem veluti mortuo alligato; postmodum eis et vitam misericorditer donant, ad fontem illos vitae adducentes, et cognoscere Deum dantes, quem ignoran-

Digitized by Google

ὅπερ ἐσκοτοῦντο μὴ βλέποντες· οὕτω γὰρ σώζουσιν τὲ καὶ ζωγρεύουσιν τὰ πρὸς ἐχθρῶν αὐτοῖς ἁρπαζόμενα, ὡς ὁ δεσπότης αὐτῶν καὶ διδάσκαλος τὴν οἰκουμένην ἁρπάσας ἐζώγρησεν· τρίτον οἱ μάρτυρες τῶν φθασάντων ἔδρων τότε οὐκ ἔλασσον· καὶ τὸ βδελλυρὸν ἐκεῖνο τοῦ δαίμονος τέμενος ἐν ᾧ τὰς ψευδεῖς φαντασίας ὁ δραπέτης εἰργάζετο, ἐν ᾧ βωμὸς ἦν ἀεὶ τοῖς αἵμασι διαινόμενος· καὶ τὸ γυναικόμορφον ἵστατο ξόανον παραλίᾳ ψάμμῳ καλέχωσαν, καὶ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἰακὼβ ὑπὸ χθόνα κατέκρυψαν· ὡς καὶ λήθην ἐμποιῆσαι τοῖς ἔπειτα, καὶ ὀφέλιμον ἄγνοιαν τῆς μυσαρᾶς αὐτοῦ καὶ ψυ-

tes mortui erant, lumenque verum donantes, quod non videntes obtenebrabantur. Sic enim salvant, et captant ea quae sibi ab inimicis diripiuntur; sicut Dominus et magister eorum cum orbem terrae rapuisset captavit. Tertium martyres his, quae iam diximus, nil minus gerebant; abhominabile quippe illud daemonis templum, in quo phantasias mendaces tergiversator operabatur, et in quo erat ara semper sanguinibus madefacta, et ille stabat femineae formae statunculus, maritimo sabulo obruerunt; et secundum patriarcham Iacob subtus terram occultaverunt, ita ut oblivionem et utilem ignorantiam execrabilis et animas corrumpentis dedicationis illius posteris faceret. Quar-

Digitized by Google

χοφθόρου δομήσεως· τέταρτον τοῖς προλαβοῦσιν συνήπτετο ὁ τοῦ δυσλοῦς αὐτοῦ κτήματος ὄλεθρος, ὃ τῆς δαίμονος ὑπῆρχεν ἐπώνυμον, καὶ τῶν μυσαρῶν αὐτῆς τελετῶν μιαρὸν ἐνδιαίτημα· τοῦτο γὰρ ψάμμος καὶ θάλατλα μαρλύρων ἐμερίσαντο νεύματι· καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ψαμμαίοις ἔστιν ὑποβρύχιον, τὸ δὲ θαλαττίοις περικλύζεσθαι ῥεύμασιν· πέμπτον ἐτελεῖτο τοῖς μάρλυσιν, τὸ καὶ νῦν παραδόξως τελούμενον, καὶ πρὸ τῆς τοῦ παντὸς συντελείας οὐ συντελούμενον, ὃ καὶ πάντες ἴσασιν οἱ καὶ τοὺς μάρτυρας ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς αὐτῶν ἀπολαύοντες χάριτος, ὅσοι καὶ τὸ τέμενος ἐθεάσαντο, καὶ τὴν σορὸν αὐτῶν ἠσπάσαντο τὴν πολύευκτον· ἔστιν δὲ καὶ τὸ

tum praecedentibus iungebatur, profanae constructionis ipsius exitium, quae daemonis erat aequivoca, ac detestabilium eius immolationum execrabilis habitatio: hanc enim harena et mare martyrum partiti sunt nutu, et quiddam eius harena est obrutum, quiddam vero inter marina reumata fluctuat. Quintum a martyribus gerebatur, quod et nunc gloriosissime geritur, Deique gratia perenniter est gerendum, et ante universitatis consummationem minime consummandum; quod et omnes norunt quotquot martyres norunt, ipsorumque gratia perfruuntur; quotquot etiam templum viderunt, et tumulum eorum honorabilem



Digitized by Google

τεράστιον, τῶν ἁγίων τὸ τέμενος παραδόξως ἱστάμενον καὶ πάντας ἐκπλήττον τῷ θαύματι· ἐπ' ἠϊόνος γὰρ οὐχ ὑψιλῆς οὐδὲ σταθερᾶς ᾠκοδόμηται, καὶ μεσίτευει ψάμμῳ καὶ κύμασι, τὰς ἑκατέρων ὁρμὰς προσδεχόμενον, καὶ καταυνάζον ὡς μεσίτης τὸν πόλεμον· πρὸς ἕω μὲν γὰρ ἔχει βρυχωμένην τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ψάμμον πορθεῖν ἐπαίουσαν· πρὸς δὲ δυόμενον ἥλιον, τῆς ψάμμου τὸν σκόπελον, πολεμίως ἐφορῶντα τοῖς κύμασιν, καὶ χερσοῦν τὴν ὑγρὰν ἐπεισέρχονται· ἀλλ' οὔτε τὸ ὕδωρ ἐᾷ τῇ ψάμμῳ συμπλέκεσθαι, οὔτε τὴν ἄμμον τοῖς ὕδασιν μίγεσθαι τὴν μεθόριον, ὡς παρ' ἑκατέρων φανέν, καὶ χαῦνον αὐτοῖς τὸν οἰκεῖον προτείνον θεμέλιον· εἰς ὕψος

salutaverunt; est autem prodigium, sanctorum templum mirabiliter stans, et omnes prae admiratione percellens: supra ripam enim non altam nec firmam aedificatum est, et medium est inter harenam et fluctus, impetum utriusque suscipiens: ad orientem quidem habet saeviens mare, et harenam vexantem et supervenientem; ad occidentem vero solem, harenae scopulum hostiliter contra fluctus insilientem, et terram humidam perurgentem. Sed neque aquam dimittit cum harena copulari, neque harenam cum aquis misceri, interpositus quodammodo terminus utriusque apparens, et frenum eis proprium fundamentum pro-

Digitized by Google

δὲ πολὺ ἐπαιρόμενον καὶ τῷ αἰθέρι συνάπτον τὸν ὄροφον, ποθεινὸν ὑπάρχει τοῖς πλέουσιν· ἐκ πολλῶν γὰρ σταδίων φαινόμενον, τοὺς μὲν Ἀλεξάνδρειαν πλέοντας τοῦ πελάγους φανέντας προσδέχεσθαι, καὶ τέρψιν αὐτοῖς οὐ τὴν τυχοῦσαν χαρίζεσθαι, προμηνύον ὡς ἐγγὺς τὸ ποθούμενον· τοὺς δὲ ταύτην ἐκπλέοντας μέχρι πολλοῦ προπέμπει βλεπόμενον, καὶ σωτηρίοις ἐφοδιάζει δωρήμασιν.

λ. Τὰ δὲ τοῖς ἁγίοις ἐνταῦθεν τερατουργούμενα τίς ἱκανὸς ἀριθμήσασθαι, ἢ γλώττῃ τολμηρᾷ διηγήσασθαι, ἢ πολυρήμονι φθέγξασθαι στόματι; ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς, οὐδὲ εἰ δέκα μὲν εἶεν γλῶτται τινὶ, δέκα δὲ στόματα, ψυ-

tendens. In altitudinem autem multam erigitur, et aetheri tectum conectit; unde et desiderabile est navigantibus; a multis enim stadiis apparens, eos qui ad Alexandriam navigant, cum de pelago visi fuerint suscipit, et delectationem illis non modicam donat, praenuncians quod prope sit quod desideratur: eos vero qui ab hac navigant, usque ad multa spatia praemittit dum cernitur, et salutaribus farsum * muneribus viaticum praebet.

* ita cod.

30. Porro prodigia quae hinc a sanctis effecta sunt, quis enumerare, vel audaci lingua narrare, aut ore multiloquo effari sufficiat? hominum quidem nullus, nec si cuiquam decem sint lin-

Digitized by Google

χήν τε χαλκείαν καὶ φωνὴν ὁ τοιοῦτος ἄῤῥηκτον κτήσαιτο· μόνος δὲ θεὸς ὁ καὶ τοσαύτην αὐτοῖς ἰσχὺν δωρησάμενος, δι' οὗ προεθέσπισαν τὰ δι' αὐτῶν εἰς δόξαν αὐτοῦ πραχθησόμενα· ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, ὁ χειρὶ μὲν τὸ ὕδωρ μετρῶν, καὶ τῇ σπιθαμῇ τὸν οὐρανὸν, δρακὶ δὲ πᾶσαν τὴν γῆν, ᾧ καὶ ὑετοῦ σταλόνες ἠρίθμηνται, καὶ βόλοι δρόσου μεμέτρηνται, καὶ ψάμμου προέγνωσται ψήγματα· δι' οὗ λεπροὺς καθαρίζουσιν, χωλοὺς ποιοῦσιν ἀρτίποδας, ἀσθενεῖς θεραπεύουσιν, τυφλοῖς τὸ βλέπειν χαρίζονται, δαιμόνια τε ἐκβάλλουσιν, καὶ νεκροὺς ἐγείρουσι, καὶ μάλιστα τοὺς ψυχῆς πεπονθό-

guae, et totidem ora, aeneamque animam et vocem qui talis est fortissimam habeat; sed solus Deus, qui et tantam eis fortitudinem contulit et ex aeternitate praedestinavit, quae per eos ad gloriam suam erant agenda; qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina vocat; qui manu quidem aquam metitur, et palmo caelum, pugillo autem omnem terram, cuique pluviae guttae dinumeratae sunt et roris iacula mensurata, et micae praesciuntur harenae: per quem leprosos emundant, claudos faciunt pedibus sanis, infirmos curant, caecis visum donant, et daemonia eiciunt, et mortuos suscitant, maximeque

Digitized by Google

τὰς τὴν νέκρωσιν· καὶ δωρεὰν πᾶσιν ἀνθρώποις παρέχουσιν, τὰ δωρεὰν αὐτοῖς δοθέντα χαρίσματα· ἄπληστά τε ὄντα καὶ ἄσπειρα, καὶ ἡμέρας ἑκάστης καὶ ὥρας αὐξούμενα, καὶ ζυγὸν ἀριθμοῦ μὴ δεχόμενα, λέγειν ἀδύνατον· ἀεὶ γὰρ τοῖς δευτέροις τὰ φθάσαντα σκέπεται, καὶ ταῦτα τοῖς ἐπιοῦσιν καταλύπτεται, λήθῃ καταχωννύμενα καὶ σιγῇ σκιαζόμενα, θαλάττιόν τι καὶ φθονερὸν ὑποφαίνοντα· ὥσπερ γὰρ ἐνταῦθα κύματα κορυφούμενά τε καὶ αὐξούμενα ὁρᾶται καὶ βλέπεται, καὶ τέρπει τοὺς ὁρῶντας καὶ βλέποντας, εἶτα προχωρήσαντα καὶ δευτέροις ὑπείξαντα εὐθὺς τῷ τῆς λήθης ἐκδίδοται ῥεύματι,

illos qui mortificationem animae patiuntur; et gratis hominibus tribuunt quae sibi data sunt gratis charismata: quae cum sint plurima et infinita, et per singulos dies et horas crescentia, numerique trutinam non recipientia, dici non possunt; semper enim succedentibus praecedentia conteguntur, et subsequentibus ista velantur, oblitteratione obruta, silentio obumbrata, atque marinum et invidiosum quid perferentia. Sicut enim hic fluctus cum elevantur et crescunt, videntur et aspiciuntur, delectarique faciunt videntes et aspicientes: deindeque praecedentes succedentibus subillatis, mox reumati oblivionis traduntur; et decidunt oblivione, priusquam defluant aquis; et

Digitized by Google

καὶ ῥεῖ τῇ λήθῃ πρὶν ἡ ῥεύσει τοῖς ὕδασιν, καὶ σιγῇ κατακρύπτεται πρὶν ἢ κρυβῇ τοῖς ἔπειτα κύμασιν· οὕτω καὶ τῶν ἁγίων Κύρου τε καὶ Ἰωάννου τὰ θαύματα ἐπαλλήλως πηγάζοντα καὶ πλουσίως ἐκβλύζοντα, σιγῇ καλύπτει τὰ παρόντα τὰ πρότερα, καὶ ἀληθείᾳ καὶ αὐτὰ τῇ τῶν ἐπιόντων ἐφόδῳ καλύπτεται.

λα. Ἀλλ' εἰ καὶ οὕτω ταῦτα καὶ τοσαῦτα καθέστηκεν, ὀλίγα λίαν αὐτῶν εἰπεῖν πειρασώμεθα· συντελέσει γὰρ καὶ αὐτὰ τοῖς ἐγκωμίοις τὸν ἔρανον, προλάμπουσαν ἔχοντα τὴν ἀλήθειαν· ὀλίγα γὰρ ὄντως εἰσὶ τὰ λέγεσθαι μέλλοντα τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα, πρὸς πλῆθὺν ἄμετρητον παραβαλλόμενα, ὥσπερ καὶ ῥανίδες ὀλί-

absconduntur, priusquam abscondantur posterioribus fluctibus; ita et cum sanctorum martyrum Cyri et Iohannis miracula vicissim et inseparabiliter effluant, et divitius emanent, silentio et oblitteratione praesentia quae prius acta sunt contegunt, et ipsa quoque imminentium supervenienti visione velantur.

31. Sed quamvis haec et tot ita consistant, pauca tamen ipsorum effari temptemus: consummabunt enim et ipsa laudibus censum, praefulgidam habentia veritatem. Pauca enim re vera sunt quae dicenda sunt, idest numero septuaginta, ad multitudinem immensam collata; quemadmodum

Digitized by Google

γαι καὶ εὔμετροι πρὸς πέλαγος ἀπατάληπτον συμβαλλόμεναι· οὐ τούτοις τῶν ἁγίων χάριν, μὴ γένοιτο, περιγράφοντες, οὔτε τὰς εἰς ἡμᾶς αὐτῶν εὐεργεσίας συστέλλοντες· μὴ οὕτω τοῦ πρέποντος ἐκμανίημεν, ἀλλ' ἀποδείξιν αὐτὰ τῶν ἐγκωμίων ποιούμενοι, καὶ τῆς αὐτῶν εὐφυΐας ἀσάλευτον σύστασιν· διὸ καὶ μέρος αὐτὰ τῶν ἐπαίνων τιθέμεθα, ὄροφον ὥσπερ τῷ λόγῳ στέγανον προμηθούμενοι, ὡς ἂν μὴ ταῖς τῶν ἀπίστων ἀθυροστόμοις βολαῖς καταστάζοιτο, καὶ δι' αὐτῶν ἐμφράττοντες τῶν τοῖς εἰδώλοις προστετηκότων τὰ στόμαΐα· διὰ τοῦτο γὰρ οὔτε θαυμάτων παλαιῶν μνημονεύσωμεν, οὔτε τῶν πρὸ πολλοῦ γεγονότων καιροῦ ποιησώμεθα τὴν

et guttae paucae ac numerabiles ad incomprehensibile pelagus. Non hic sanctorum gratiam circumscribentes, absit; neque illa quae in nobis ipsis patrata sunt beneficia breviantes, ne sic ab eo quod decorum est in insaniam convertamur, sed illa praeconiorum probationem, et laudibus eorum commendationem, immobilem facientes; propter quod et partem ea laudationum ponimus, quasi tectum sermone stabile providentes, quo infidelium iaculis, quae veluti ora sine ostio sunt, minime stillare cogantur, ac per ipsa idolis faventium ora oppilantes. Ideo ergo nec veterum miraculorum memoriam faciamus, nec eorum re-

Digitized by Google

διήγησιν, ἵνα μὴ τὴν συμμαχίαν τοῦ χρόνου ἐνφράξωμεν, καὶ δυνηθεῖεν οἱ θεοστυγεῖς αὐτὰ παραγράψασθαι· ἀλλὰ τὰ ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς γενόμενα γράψωμεν, ὧν τινὰ μὲν ἡμεῖς τεθεάμεθα, τινὰ δὲ παρ' ἑτέρων θεασαμένων ἠκούσαμεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ πλείους τῶν πεπονθότων μᾶλλον δὲ θεραπευθέντων ἔτι τῷ βίῳ τούτῳ τῷ καθ' ἡμᾶς περιλείπονται, καὶ τοῦτον τὸν ἥλιον βλέπουσιν, καὶ τοῖς παροῦσιν κέχρηνται πράγμασιν, καὶ μαρτυροῦσιν ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, αὐτοὶ ταῦτα πρὸς δόξαν μὲν θεοῦ, τιμὴν δὲ τῶν ἁγίων οἰκείοις διηγούμενοι στόμασιν· τινὲς δὲ καὶ πρὸς κύριον ἐξεδήμησαν, καὶ τῶν τῇδε πραγμάτων ἐλύθησαν, πολλοῖς καὶ

lationem, quae ante multum tempus gesta sunt prosequamur, ne prolixi temporis auxilio praemuniti, possint Deo invisi ea respuere; sed quae temporibus nostris facta sunt conscribamus: quorum alia quidem nos vidimus, quaedam vero ab aliis qui viderunt audivimus: sed et plurimi eorum qui passi sunt, immo et de infirmitatibus suis convaluerunt, et vitae huic hactenus supersunt, solemque istum intuentur, et praesentibus rebus utuntur, nec non et testimonium nobis perhibent veritatis; haec ad gloriam Dei, et honorem sanctorum ore proprio retulerunt; quidam autem et ad Dominum sunt profecti, et praesen-

Digitized by Google

αὐτοὶ τὰ καθ' αὑτοὺς ἀπαγγείλαντες, καὶ μάρτυρας ἡμῖν τῶν λεχθησομένων ἀψευδεῖς τοὺς ἰδόντας τὲ καὶ ἀκούσαντας καταλείψαντες.

λβ. Ἀλλ' εἰ καὶ τῶν παλαιῶν εἰς ἔρευναν ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν ἠβουλόμεθα, καὶ κἀκείνων τινὰ τῷ γράμματι διηγήσασθαι, οὐκ ἂν ἡμᾶς Ἕλληνες ψευδοεπεῖν ἐλέγχειν ἠδύναντο· τούτοις αὐτοὶ καὶ τοῖς εἰς ἀεὶ πρὸ τῶν ἁγίων γιγνομένοις σαφῶς ἐλεγχόμενοι· ἡ γὰρ τῶν εἰς ἀεὶ πραττομένων θέα, καὶ τῶν ἔναγχος γεγονότων διήγησις, καὶ τοῖς παλαιοῖς τὴν πίστιν παρεῖχον ἀνάτρωτον· καὶ ἡμῖν ἐπιτείχιζον τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῖς βδελλυροῖς εἰδωλολάτραις

tibus rebus exempti, cum multis et ipsi quae circa se gesta fuerant annunciassent, et testes nobis dictorum veraces, eos scilicet qui viderant et audierant, dereliquissent.

32. Verum etsi in veterum scrutinium nosmet immittere, et illorum etiam quaedam litteris enarrare voluissemus, non utique pagani nos falsi criminis arguere potuissent, his ipsis et quae iugiter a sanctis fiunt manifeste redarguti; eorum quippe quae perpetuo geruntur visio, et eorum quae nuper acta sunt enarratio, et veteribus utique fidem praestabant, et in nobis muniunt veritatem, atque abhominandis idolorum cultoribus, eorum diffidentiam excludunt. Veteribus er-

Digitized by Google

τὸ ἀπισ̃τεῖν τοῖς λεγομένοις ἀπέκλειον· τοῖς παλαιοῖς οὖν παλαιὰ σεμνολογεῖν καταλείψαντες, ἃ τοῖς αὐτῶν καιροῖς ἀναλάμψαντα, καὶ τοὺς τότε παρόντας εὐφραίνοντά τε καὶ σεμνύοντα, αὐτοὶ τὰ νεωστὶ γεγονότα καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς ἐπομβρήσαντα λέξωμεν· καὶ τοῖς ἰδίοις ἡμῶν καλλοπισώμεθα ἀϊδια καὶ τὰ χρόνῳ πρεσβύτερα· ὅτι Χριστὸς οὐ μεμέρισται, ὁ ταῦτά τε κἀκεῖνα διὰ τῶν ἁγίων τευξάμενος· καὶ τὰ μέλλοντα πάλιν ἡμῖν δι' αὐτῶν παρεχόμενος· ἴδιοι δ' αὖ καὶ ἡμέτεροι καὶ οἱ δράσαντες αὐτὰ θεσπέσιοι μάρτυρες, καὶ οἱ τοῖς τῶν μαρτύρων θαύμασιν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πιστοῖς σεμνυνόμενοι, ἵνα μὴ πάλιν ἡμᾶς οἱ ἐπάρατοι ἀπο-

go vetera compte loqui deserentes, utpote temporibus eorum refulgentia, et eos qui tunc praesentes erant laetificantia et ornantia, ipsi quae noviter facta sunt, nostrisque temporibus desuper effusa, imbrium more consistunt, dicamus, et verbis propriis venustemus. Propria quippe sunt et quae antiquiora sunt tempore, quia Christus non est divisus, qui haec et illa per sanctos fabricans, et futura quoque nobis est iterum praestaturus: proprii vero rursus et nostri sunt qui operati sunt ea egregii scilicet martyres, atque fideles qui martyrum miraculis per illud tempus nobilitabantur; ne nos iterum maledici novorum

Digitized by Google

ρίᾳ νέων θαυμάτων τὰ παλαιὰ διεξέρχεσθαι λέγωσιν· δεινοὶ γὰρ οἱ ἀνόσιοι καὶ ἀναίσχυντοι καθεστήκασιν, συσκιάζειν μὲν τὴν ἀλήθειαν, ἀντ' αὐτῆς δὲ τὸ ψεῦδος προβάλλεσθαι, καὶ τὸ ψεῦδος ἀληθεύειν παρὰ τοῖς ἀνοήτοις ἐργάζεσθαι, καὶ τὸ μὴ πάλιν ψεύδεσθαι τὴν ἀλήθειαν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ταῖς τῶν ἀεὶ γιγνομένων θαυμάτων νιφάσι ψευδηγοροῦντες ἀλίσκοιντο· ἀνθρώπων μὲν γὰρ ἄγνωστος οὐδεὶς ὡς οἶμαι καθέστηκεν τῆς ἱερᾶς Κύρου καὶ Ἰωάννου δυνάμεως, ἣν αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων θεὸς καὶ σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς κατὰ πάντων ἁπλῶς τῶν παθῶν ἐχαρίσατο, πρὸς καύχημα πιστῶν καὶ ἀσφάλειαν, ἐκκλησίας (καθολικῆς) οἰκοδομὴν καὶ βεβαίωσιν.

inopia miraculorum vetera prosequi dicant; acres enim et inverecundi atque scelesti consistunt ad umbrandam veritatem, et huic praeferendum mendacium, veritatem prosequi apud insensatos videri, et e contrario mentiri veritatem putari, quamvis miraculorum quae semper fiunt nimbis falsiloqui capiantur vel consumantur. Hominum plane nescius nullus ut opinor sacrae Cyri atque Iohannis virtutis existit, quam eis omnium Deus et salvator Iesus Christus (adversus cunctos omnino morbos) donavit, ad gloriam fidelium atque catholicae ecclesiae aedificationem et stabilitatem.

Digitized by Google

λγ. Ἀλλὰ πάντες οἱ μὴ παρόντες τῷ σώματι, ὡς παρόντες καὶ βλέποντες ἴσασιν, χῶρον ὅσοι τουτονὶ τὸν ἐπίγειον ναίουσιν· εἰς πᾶσαν γὰρ ὄντως τὴν γῆν ὁ φθόγγος ὁ περὶ αὐτῶν ἐξελήλυθεν, καὶ εἰς αὐτὰ τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα, τὰ περὶ τούτων ἀφίκετο ῥήματα· οὐ γὰρ περὶ μόνων τῶν ἀποστόλων τοῦτο βοᾷν τὸν ψαλμῳδὸν ἐκδεξόμεθα, ἀλλὰ καὶ περὶ πάντων τῶν ζηλωσάντων αὐτῶν τὴν ἀθάνατον μίμησιν· ὅθεν καὶ ἡμεῖς ἀκροαταὶ μόνον πρὸ τούτου τῆς αὐτῶν ἐτυγχάνομεν χάριτος, ὡς καὶ πάντες οἱ μακροῖς ἀφεστῶτες τοῦ τεμένους αὐτῶν διαστήμασιν· νῦν δὲ καὶ θεαταὶ τῆς τῶν ἀκουσμάτων ἀληθείας γεγόναμεν, ὀφθαλμικοῦ νοσήματος

33. Sed omnes qui non corpore fuere praesentes, tanquam praesentes atque videntes noverunt quotquot hanc terrenam habitant regionem; in omnem quippe re vera terram sonus eorum de illis exivit, et in ipsos orbis terrae fines, de his verba venerunt: non enim de solis apostolis hoc psalmista clamare accipiendus est, sed de hominibus qui aemulati sunt immortalem imitationem ipsorum. Unde et nos ante hoc, sicut etiam omnes qui longioribus a templo eorum spatiis distant, gratiae ipsorum auditores tantum eramus, nunc autem inspectores auditionum veritatis effecti sumus, ob oculorum languorem accedentes ad

Digitized by Google

ἕνεκα προσελθόντες αὐτοῖς, ὡς προείρηται· καὶ αὐτοὶ μὲν τὴν ὑγείαν δεξάμενοι, καὶ τρυγῶντας ἄλλους τὰς ἰάσεις θεώμενοι· ἀλλ' ὁ μὲν προφήτης τὴν λύραν τὴν ἱερὰν ἁρμοσάμενος, καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως καὶ ἴδομεν, πρὸς τὴν παλαιὰν Ἱερουσαλὴμ βοάτω τοῖς ᾄσμασιν· ἡμεῖς δὲ πρὸς τοὺς μάρτυρας φήσωμεν· βραχύτερα πάντυ περὶ ὑμῶν τοῖς ὠσὶν ἐσωθόμεθα, ὧν τοῖς ὄμμασιν ἴδομεν, καὶ σταγόσι μικραῖς ἐδροσιζόμεθα πρότερον, αἷς αἱ γλῶτται νεφέλαις μιμούμεναι τοῦ μαρτυρικοῦ τῶν ἰάσεων ἀνιοῦσαι πελάγους ὑέτιζον· τούτου δὲ ἡμεῖς αὐτόπται τοῦ πελάγους γενάμενοι καὶ τοῖς αὐτοῦ νηξάμενοι νάμασιν, μετὰ τοῦ Ἰὼβ πρὸς ὑμᾶς τὰς τούτου πηγὰς ἀνακράξομεν· ἀκοὴν μὲν ὠτὸς

eos, ut praedictum est; qui et ipsi sanitatem carpsimus, et alios sanitates vindemiare conspeximus. Sanctus propheta quidem sacram lyram coptans, sicut audivimus ita et vidimus, ad veterem Hierusalem cantibus clamet; nos autem ad martyres asseramus: pauca de vobis auribus audiebamus, quos oculis vidimus: et modicis priu roris guttis perfundebamur, quibus linguae nubes imitantes, martyrico sanitatum vestrarum assumptae pelago compluebant. Huius autem et nos inspectores pelagi facti, et in ipsius natantes fluentis, cum Iob ad vos, qui huius estis pelagi fon-

Digitized by Google

ἠκούομεν ὑμῶν μόνον τὸ πρότερον, νυνὶ δὲ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμᾶς ἑωράκαμεν· ἅπερ οὖν παρόντες τοῖς ὄμμασιν ἴδομεν, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκηκόαμεν, ταῦτα καὶ γράφομεν· καὶ τοῖς μακρὰν διεστῶσιν τοῖς σώμασιν, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γίνεσθαι μέλλουσιν παραπέμψομεν· δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς, τῷ προφήτῃ Δαβὶδ συνφθεγγόμενοι, καὶ πιστὸν λεὼν διεγείροντες, συναθροίσωμεν πρὸς τὴν τῶν θεόθεν διὰ Κύρου καὶ Ἰωάννου γιγνομένων τεράτων ἀκρόασιν· φέρε δὴ οὖν φέρε πάλιν τὰς τῶν ἁγίων εὐχὰς ἀρωγὴν ἐνδυσάμενοι, τῶν θαυμάτων ἐγχειρίσωμεν τὴν διήγησιν, ἐν ἅπασιν σύμμαχον τὴν ἀλήθειαν καὶ μάρτυρα τῶν λεγομένων ποιούμενοι.

tes, exclamabimus: auditu quidem auris audiebamus vos primitus, nunc autem oculis vos vidimus. Quae itaque oculis vidimus, et auribus audiebamus, haec et scribemus, et his qui corporibus degunt, et his qui post nos futuri sunt transmittemus: venite et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram, cum propheta David affati; fidelemque populum erigentes congregemus ad auditionem prodigiorum per Cyrum et Iohannem divinitus patratorum. Eia ergo nunc, eia iterum sanctorum orationes in auxilium induentes, relationem miraculorum ipsorum aggre-

Digitized by Google

diamur, auxiliatricem et testem eorum quae dicuntur veritatem in omnibus facientes.

EXPLICIT LAUS SANCTORUM MARTYRUM CYRI ET IOHANNIS; ET POST LAUDEM PRINCIPIUM MIRACULORUM.

ΤΟΥ ΣΥΓΡΑΦΟΝΤΟΣ.

Τίς τάδ' ἔγραψεν; Σωφρόνιος. Πόθεν; ἐκ Φοινάκης.
Φοινάκης πόθι; τῆς Λιβανοστεφάνου.
Ἄστυ δὲ ποῖον; ἐν αἷς Δαμασκός· Ζῶσι τοκῆες;
Οὔ· θάνον ἀμφότεροι· οὔνομα δ' εἰπὲ δύο.
Μήτηρ μέν τε Μυρῶ, γενέτης κικλήσκετο Πλύνθας.
Εἶχε γάμον γλυκερὸν, καὶ τεκέων ἀγέλην;
Οὐ γάμον οὐ παῖδας σχέθε πώποτε, ἄζυγος ἦεν.
Πῆ γῆς μονάσας, καὶ τίνος ἐν μελάθρῳ;
Ἐν χθονὶ θεοδόχῳ, καὶ ἐν σύρεσι Ἱεροσολύμων,
Ἐν μάνδρῃ μεγάλῃ Θευδοσίου μεγάλου.

AUCTORIS.

Condidit haec quis? Sophronius. Dic unde creatus?
Phoenice. At quanam? De Libanostephano.
Urbs quaenam? Damascus. Adhuc vivuntne parentes?
Mors rapuit. Nomen fac ut utrumque sciam.
Dicta Myro mater, Plynthas pater audiit Anne
Sortitus carum coniugium ac sobolem?
Et thalamo et natis expers cum coelibe vita.
Ast ubi, quove fuit coenobio monachus?
In nutrice Dei terra, Solymae tumulisque,
Amplifico in septo Theudosii eximii.

Digitized by Google

Καὶ τίσι τόνδ' ἐτέλεσσεν καὶ ἔνθετο θέσκελον ὕμνον;
Κύρῳ Ἰωάννῃ μάρτυσι θειονόοις.
Τίπτε δὲ τόσσον ἔτευξε νόου πόνον; εὐνέκα καὐτοὶ
Ὄμμασι νουσαλέοις δῶκαν ἀκεστορίην.

Iam quibus hunc dium componens obtulit hymnum?
Cyro ac Iohanni martyribus nimiis.
Cur vero tantum suscepit mente laborem?
Hi fuerant aegris quippe medela oculis.

ΣΕΝΕΚΑ ΙΑΤΡΟΣΟΦΙΣΤΟΥ.

Κύρῳ ἀκεστορίης πανυπέρτατα μέτρα λαχόντι
Καὐτῷ Ἰωάννῃ μάρτυσι θεσπεσίοις
Σωφρόνιος βλεφάρων ψυχαλγέα νοῦσον ἀλύξας
Βαιὸν ἀμειβόμενος τήνδ' ἀνέθηκε βίβλον.

SENECAE IATROSOPHISTAE.

Cyro qui medica prae cunctis pollet ab arte,
Nec non Iohanni, martyribus superis,
Sophronius laetans, oculorum luce recepta,
Haec gratus libri munera parva dabat.

*Ab Anastasii interpretis latino codice absunt haec epigrammata Sophronii ac Senecae iatrosophistae; quae tamen in graeco exemplari conservata sunt; eaque nos totidem versibus latina fecimus.*

Digitized by Google

# ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

## ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΘΑΥΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

## ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ

## ΤΩΝ ΣΟΦΩΝ ΑΝΑΡΓΥΡΩΝ.

### α. ΠΕΡΙ ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΟΚΤΑΒΑΡΙΟΥ ΧΟΙΡΑΔΑΣ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΤΡΑΧΗΛΟΝ.

Δίκαιον οἶμαι τῆς τῶν θαυμάτων ἀρχόμενος διηγήσεως, πρῶτα τὰ οἰκεῖα φράσαι τῆς πόλεως, ἐν ᾗ καὶ τῶν μαρτύρων ἡ θαυμαστὴ γέγονεν ἄθλησις, καὶ τερπνὸν ᾠκοδόμηται τέμι-

# SOPHRONII MONACHI SOPHISTAE

## NARRATIO MIRACULORUM

## SS. CYRI ET IOHANNIS

## SAPIENTIUM ANARGYRORUM.

### PRIMUM MIRACULUM.

### 1. DE AMMONIO OCTAVARIO SCROFAS HABENTE IN GUTTURE.

Iustum arbitror miraculorum narrationem aggressus, prima quae domestica sunt civitatis exponere, in qua martyrum admirabile certamen exactum est, et venerabilis basilica eorum con-



Digitized by Google

νος· ἵνα μήτε τοὺς ἀλεξανδρέας λυπήσωμεν, ἑτέρους αὐτῶν ἐν τοῖς ἰδίοις προτάττοντες, μήτε τὴν πόλιν αὐτὴν ἀτιμάσωμεν, μεγίστην οὖσαν καὶ καλὴν καὶ ἐράσμιον, καὶ ἀξίαν διὰ τοῦτο προτάττεσθαι, ἵνα τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως κληρωσάμενα θαύματα, καὶ τοιαύτης ὑπὸ πόλεως ἀληθῆ μαρτυρούμενα, καὶ τοῖς ἑπεῖτα λέγεσθαι μέλλουσι παραπέμψοι τὸ εὔπιστον· οὐκοῦν ἀρχέτω τῶν θαυμάτων ἡμῖν ὁ Ἀμμώνιος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τῶν πρώτων ὑπῆρχε τῆς πόλεως, πλούτῳ τε διαπρέπων καὶ ἀγαθῷ πατρὶ σεμνυνόμενος· ὁ μὲν γὰρ χρόνους οὐ μικροὺς τὴν ἀλεξανδρέων ἐκκλησίαν διῴκησεν, παῖδα Εὐλογίου τοῦ πάνυ τὸν θρόνον ἰθύναντος· ὁ δὲ τὴν τῆς

structa est; quatenus nec Alexandrinos constristemus, alios eis praeponentes in propriis, neque urbi eidem iniuriam inferamus, quae maxima optimaque est, ac delectabilis, et ob hoc praeferenda; ut miracula, quae narrationis tenent exordium, tanta plebe, talique civitate, vera haec fuisse testificante, etiam his praebeant fidem, quae in subsequenti dicenda sunt. Ammonius ergo miracula nobis initiet, idcirco quod hic de proceribus extitit civitatis, opulentia praeclarus, et benigno patre gloriosus. Ille quippe non pauco tempore alexandrinorum dispensavit ecclesiam, pater Eulogii, qui sedem ipsam optime dispen-

Digitized by Google

ὀκτάβης ἀρχήν· τέλος τοῦτο καλ' ὀγδοάδα, καθ-
έστηκεν (1), ἀδίκως μὲν συναγόμενον, εὐσεβῶς
δὲ διοικούμενον· οὓς πρὸ τέλους (2) διήνυσεν.

Οὗτος γοῦν ὁ Ἀμμώνιος νέος ἔτι τυγχάνων,
καὶ κάλλει σώματος τῶν ἐφήβων κοσμῶν τὰ συ-
στήματα, πάθος ἔσχεν χαλεπὸν εἰς τὸν τράχη-
λον, ὅπερ ἰατροὶ χοιράδας καλῶς ὀνομάζουσιν,
διὰ τὸ ζώοις ἐοικέναι τοιούτοις, τὰ τοῦτο δη-
μιουργοῦντα τὸ νόσημα, καὶ κενοὺς συφαιῶνας
τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων τοὺς τραχήλους ποιού-
μενα· ταῦτα τὸν τοῦ νέου περισχοινήσαντα τρά-

savit; hic vero principatum tenuit octavarum; et est vectigal per octavam, quae iniuste quidem colligitur, pie vero disponitur, quae ante exitum exigebat.

Hic ergo Ammonius dum adhuc iuvenis esset, et pulchritudine corporis adulescentiae aetatem ornasset, in gutture passionem pessimam habuit, quod medici merito scrofas appellant, eo quod huiusmodi sint animalibus similes, quae hanc aegritudinem procreant, novum porcinarium in cervicibus hominum facientia. Hae ergo adulescentis

(1) Octavarium, inquit Cangius gloss. lat., vectigal quod ex rebus venalibus fisco praestabatur, de quo est lex 7. et 8. cod. de vectigal. et l. 7. cod. de locato. Citatque ex Bollando hunc ipsum Sophronii (sed Bollando Cangioque anonymi) locum.

(2) Bolland. ὃ ὁ υἱὸς Προτέλους. Bonifatius tamen legebat, ut est in codice nostro gr.

Digitized by Google

χηλον, καὶ ὥσπερ ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐκτρεφόμενα, καὶ ταῖς κατ' ὀλίγων αὐξήσεσι τὸν αὐχένα συντείνοντα, καὶ συναύξειν αὐτοῖς ἀναγκάζοντα, ἐν μεγάλῳ κακῷ τὸν νεανίαν διέθηκαν, συνέχοντά τε καὶ συμπνίγοντα τῇ περιστάσει τοῦ δέρματος.

Ὁ δὲ πατὴρ τοὺς σοβαροὺς τῶν ἰατρῶν προσκαλούμενος, τοῦ νέου τὸ πάθος ἐδείκνυεν, καὶ βοηθεῖν ἀντιβόλει τῷ παιδὶ κινδυνεύοντι, καὶ μισθοὺς τῆς θεραπείας προσέφερεν· οἱ δὲ τὸν Ἰουλιανὸν, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ πατρὶ, διὰ τιμῆς πλείονος ἄγοντες, καὶ τὸν παῖδα στέργειν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπομνύμενοι, καὶ ἄλλως πῶς τὴν ὁλκὴν τῶν μισθῶν ἐφηδόμενοι, τῆς τε νό-

huius vallaverant collum, et tanquam matris alebantur in utero, paulatimque crescentia, guttur eius constrinxerant, adque ad magnam miseriam puerum eundem adduxerant abstringendo, et cutis extensione suffocando.

Qua de re pater eius elegantiores advocans medicorum, adulescentis aegritudinem demonstrabat; et ut adiutorium ferrent periclitanti puero supplicabat, mercedesque curae condignas, priusquam curam facerent, proponebat. Illi vero Iulianum, quod erat nomen patris eius, in multo honore se gerere, puerumque diligere super eum iurabant; alioquin et onere mercedum illecti, ac-

Digitized by Google

σου τὴν ἄκεσιν χρέος εἶναι διώμνυντο, καὶ ταύτην αἰδῷ καὶ τιμῇ τοῦ πατρὸς, καὶ πόθῳ καὶ στοργῇ τοῦ παιδὸς παρασχεῖν ἐπηγγέλλοντο· καὶ δὴ πάντα τὰ τῆς τέχνης κινήσαντες, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ ἔστιν εἰπεῖν, ἐγχωρήσαντες, ὤνησαν οὐδέν· ἐπεὶ τοῖς μάρτυσιν τὰ τοῦ παιδὸς ἐτηρεῖτο σωτήρια· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ, τῶν ἰατρῶν ἀφελόμενος, τοῖς ὄντως ἰατροῖς Κύρῳ καὶ Ἰωάννῃ προσήνεγκε, ὧν τὴν τιμίαν σορὸν καταβρέχων τοῖς δάκρυσιν, ἀρωγοὺς γενέσθαι τοῦ παιδὸς ἐλιτάνευεν, καὶ μὴ παριδεῖν αὐτοῦ τὸν υἱὸν τηλικούτῳ κλύδωνι συνεχόμενον· οἱ δὲ τοῦ γέροντος ἐπακούσαντες, καὶ τὰ τῆς εὐχῆς οὐκ ἀτιμάσαντες δάκρυα, καὶ τὸν νέον

gritudinis curam ut debitam propter reverentiam et honorem patris, amoremque adulescentis et affectum, exhibere promittebant. Verum ubi omnia quae artis fuerant peregerunt, et quae super artem sunt, si dicendum est, nihil profuerunt, idcirco quod martyribus pueri huius servabatur salvatio, hunc pater a medicis auferens, ad veros medicos Cyrum et Iohannem adduxit; quorum venerabilem confessionem lacrymis irrigans, auxilium ferre adulescenti poscebat; nec contempnerent filium eius tanta compressum fluctuatione. Hii vero senis orationem exaudiunt, eius fletus non aspernati, et puerum

Digitized by Google

velociter, animam tuam illumina; nam per virtutem, quae hic inhabitat, sicut huc venisti insania podagrae detentus, ita recedes sanitatem minime consecutus. Et haec dicere tibi, sancti mihi praecipiunt martyres. At ille hoc ab eo qui a daemonio vexabatur audito, timore captus, et accepto etiam sermonum quos in visu audierat commonitorio, propter verborum et minarum similitudinem, ingressus est illuminatorium, et Christi mysteria sumpsit, et animam perceptione mysteriorum illuminavit. Porro ex operatione diaboli post communionem, diram incidit animi de-



Digitized by Google

Καὶ πάλιν βλέπει τοὺς μάρτυρας εἰς Ἰουλιανὸν τὸν διάκονον ἑαυτοὺς σχηματίσαντας, καὶ τῆς ἀθυμίας τὴν αἰτίαν αὐτὸν ἐξετάζοντας· ὁ δέ· ὅτι με φησὶν οἱ ἅγιοι κοινωνῆσαι κατηνάγκασαν· οἱ δέ· καὶ τοῦτό σε φασιν ἀνιᾷν ἢ λυπῆσαι τὸ σύνολον ὤφειλε; μᾶλλον δὲ καὶ χαίρειν ἔδει σε καὶ ἀγάλλεσθαι, ἐννοοῦντα τῆς οἰκείας ψυχῆς τὴν ὀφέλειαν, καὶ τῆς ἀσθενείας τὴν ἴασιν προσδεχόμενον· πάντως δὲ ὅτι θεοῦ τοῦτο καθέστηκε βούλευμα, οὗ χωρὶς οὐδὲν οἱ ἅγιοι διαπράττονται· καὶ τούτοις αὐτὸν τοῖς λόγοις οἱ μάρτυρες ψυχαγωγήσαντες ᾤχοντο· ὁ δὲ σπραφεὶς τῆς μητρὸς ἐμερίμνα τὴν ἄφιξιν, καὶ μά-

fectionem, et cum tristis in propria se stramenta iactasset, citius ex tristitia obdormivit.

Et rursus aspicit martyras in Iulianum diaconum se se transfigurantes, et causam maeroris eum interrogantes Qui ait, quoniam sancti communicare me coëgerunt. At illi, et hoc te, inquiunt, maestum facere vel tristem omnino debuerat, cum gaudere te potius oporteret, et exultare intellecto propriae animae adiutorio, et infirmitatis expectato remedio? Certum vero est, quod haec voluntas sit Dei, sine quo nihil omnimodis operantur. Et his eo verbis martyres consolato, recesserunt. At ille conversus de matris sollicitus erat adventu, ob haereseos propriae quas erat allatu-

Digitized by Google

λιστα διάπερ ἔμελλε τῆς οἰκείας αἱρέσεως ἐπιφέρεσθαι λείψανα, ἥτις μετ' οὐ πολὺ τῆς ὥρας ἀφίκετο, μηδὲν τοιοῦτο κομίζουσα, δι' ὧν καὶ τὴν ἄφιξιν ὑπῆρχεν ἀνύσασα, οἰκονομίᾳ μαρτύρων τὴν λήθην φανερῶς ὑπομείνασα· ὁ δὲ μαθὼν ἥσθη μὲν πρότερον, εἶτα δὲ καὶ πάντα τῇ μητρὶ διηγήσατο, ὅσα περ εἰς αὐτὸν ἐδράσθη τοῖς μάρτυσιν, καὶ ὡς τῇ ἐκκλησίᾳ προσδραμεῖν ἐβιάσαντο· καὶ οὕτω μὲν τῇ ἐκκλησίᾳ προσέδραμεν.

Λέξωμεν (1) δὲ λοιπὸν καὶ τὴν ῥῶσιν τοῦ σώματος, δι' ὀλίγου τὸν λόγον ποιούμενοι· μετ' ὀλίγας τὰς ἡμέρας πάλιν ἐκάθευδε, καὶ παρ-

ra reliquias; quae non post multam veniens horam, nihil ex his propter quae iter illud transegerat attulit, martyrum dispensatione manifeste oblivionem perpessa. At ille cum cognovisset, prius quidem gavisus est, dein vero cuncta matri narravit quaecumque in se martyres gesserunt, et qualiter ecclesiae occurrere se coëgerint. Et ille quidem taliter ad ecclesiam confugit.

Nos autem iam corporis sanitatem dicemus, sermonem compendio facientes. Post paucos dies iterum dormiebat, et iterum aspicit martyras astan-

(1) Sequentem narrationem referunt ex sancto nominatim Sophronio Synodus secunda nicaena act. IV. ed Florent. T. XIII. col. 57; itemque S. Iohannes damascenus in tertia oratione de imaginibus.

Digitized by Google

σῶτας βλέπει τοὺς μάρτυρας, καὶ συνοδεύειν αὐτοῖς ἐπιτάττοντας· ὡς δὲ φησὶν (a) προθυμότερον εἵπετο· ἤδει γὰρ οὐκ ἀκερδὲς τὸ τοῖς ἁγίοις συνέπεσθαι· ἐλθόντες οὖν εἰς ναόν τινα τέλειον (b) τῷ μὲν εἴδει φοβερὸν καὶ ὑπέρλαμπρον, τῷ δ' ὕψει τῶν οὐρανῶν αὐτῶν ἐφαπτάμενον· καὶ εἴσω τούτου γενόμενοι, μεγίστην εἰκόνα καὶ θαυμασίαν ἐβλέπομεν· μέσον μὲν τὸν δεσπότην Χριστὸν γεγραμμένον χρώμασιν ἔχουσαν, Χριστοῦ δὲ τὴν δέσποιναν ἡμῶν τὴν θεοτόκον καὶ ἀειπάρθενον Μαρίαν εὐώνυμον, καὶ δεξιὸν Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος καὶ πρόδρομον, τὸν ἐν κοιλίᾳ σκιρτήμασιν αὐτὸν προμηνύσαντα, ἐπεὶ

tes, et secum comitari praecipientes, qui ut ferebat alacrius sequebatur, noverat enim quod non sine lucro cum martyribus esset comitaturus. Venientes ad templum quoddam perfectum, specie quidem terribile, atque praefulgidum, altitudine vero ad caelos pertingens; et hoc penetrantes, maximam imaginem et admirabilem videbamus, quae in medio quidem sui dominum Christum coloribus habebat depictum, sinistrorsum vero matrem ipsius, dominam videlicet nostram Dei genitricem semperque virginem Mariam: porro detrorsum Iohannem eiusdem Salvatoris baptistam et praecursorem, qui ex utero exultationibus eum

(a) Dam. σφίσι. (b) Dam. mendose Ἑλλήνων.

Digitized by Google

καὶ λαλῶν ἔνδον (a) οὐκ ἠκούετο, καί τινας τοῦ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν ἐνδόξου χοροῦ, καὶ τῆς μαρτυρικῆς ὁμηγύρεως· μεθ' ὧν ἐτύγχανον καὶ αὐτοὶ Κῦρος καὶ Ἰωάννης οἱ μάρτυρες, οἳ πρὸ τῆς εἰκόνος ἱστάμενοι, τῷ δεσπότῃ προσέπιπτον (b), γόνατα κάμπτοντες, καὶ τὰς κεφαλὰς εἰς ἔδαφος φέροντες, καὶ περὶ τῆς τοῦ νέου θεραπείας πρεσβεύοντες· ταῦτα δὲ ἦν τῆς πρεσβείας τὰ ῥήματα· δέσποτα φιλάνθρωπε, κελεύεις δῶμεν καὶ τούτῳ τὴν ἴασιν; ὡς δὲ πολλάκις εἰς γῆν προσκυνήσαντες, καὶ τοὺς τῆς ἱκετείας λόγους ἐκπέμψαντες, καὶ ὁ δεσπότης Χριστὸς οὐκ ἐπένευε, τοῦ πρεσβεύειν παυσάμενοι,

praenuntiavit; nam et loquens, cum intus esset, non audiretur; necnon et quosdam de apostolorum et prophetarum glorioso choro, martyricoque collegio, cum quibus erant etiam ipsi martyres Cyrus scilicet et Iohannes, qui ante imaginem stantes Domino procidebant, genua flectentes, et capita in terram curvantes, atque pro curatione iuvenis intercedentes. Verba praeterea intercessionis haec erant: Domine clementissime, iubes ut demus huic sanitatem? Cum autem multotiens supra terram adorantes supplicationis verba misissent, Christusque dominus non annueret, ab intercessione cessantes, tristes ac deficientes ad

(a) Synod. et Dam. ἔνδον ὤν. (b) Synod. τὰ γόνατα.

Digitized by Google

κατηφεῖς καὶ ὀλίγωροι πρὸς ἐμὲ φησὶ παραγίνονται, οὐ πολὺ μακρὰν τῆς εἰκόνος ἱστάμενον· καὶ πλησίον γενόμενοι, ὁρᾷς, φασὶν ὡς ὁ δεσπότης οὐ βούλεταί σοι δοθῆναι (a) τὴν ἴασιν; ἀλλὰ μηδὲν ἀθυμήσῃς· πάντως γὰρ καὶ πρὸς σὲ ὡς καὶ πρὸς πάντας χρηστεύσεται· καὶ διαστάντες ὡσεὶ μικρὸν ἡμιώριον, πάλιν ἀπελθόντες ἐδέοντο, καὶ πάλιν ἄπρακτοι φησὶν ἀνακάμπτουσιν κατηφεῖς (b) ὡς καὶ πρότερον, τοῦ δεσπότου Χριστοῦ μὴ κελεύοντος· καὶ τὰ αὐτά (c) μοι πάλιν ἐλθόντες εἰρήκασιν.

Τὸ τρίτον δὲ πορευόμενοι, θάρσει (d) λέγουσιν, νῦν γὰρ πάντως τὴν χάριν λαμβάνομεν·

me quasi adveniunt, non admodum procul ab imagine stantem; et appropinquantes, vides inquiunt quomodo Dominus non vult dare tibi sanitatem? sed nil anxieris; profecto enim et erga te, sicut etiam erga omnes, benignitatem suam ostendet. Et cum parum discessissent, idest quasi dimidiae horae spatio, iterum abeuntes deprecabantur, et rursus ineffícaces ut ferebant redeunt, et tristes sicut prius Domino de sanitate tribuenda nihil iubente. Et eadem mihi venientes iterum dicunt.

Tertio sane pergentes, confide dicunt, nunc

(a) Dam. δοῦναι. (b) Dam addit καὶ ὀλίγωροι. (c) Dam. ταῦτα. (d) Dam. θάρρει.

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ σὺ ὥσπερ ἡμᾶς ὁρᾷς ἱκετεύοντας, σὺν ἡμῖν ἐλθὼν τὸν δεσπότην ἱκέτευε· καὶ πρὸς τὴν εἰκόνα τὸ τρίτον γενόμενοι, τοῖς προλαβοῦσι τρόποις ἐχρῶντο καὶ ῥήμασι· καὶ ὡς ὥραν πολλὴν ἐδεήθησαν, καὶ κάτω κείμενοι, τὸ, κέλευσις, δέσποτα μόνον ἀνέκραζον, τότε (a) ὁ Χριστὸς σπλαγχνισθεὶς ὡς οἰκτείρμων ἐπένευσε, καὶ δόντε αὐτῷ πρὸς (b) τῆς εἰκόνος ἐφθέγξατο· καὶ χαμόθεν ἀναστάντες οἱ μάρτυρες, πρῶτον μὲν εὐχαρίστουν Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν, ὡς τῆς δεήσεως αὐτῶν ἐπακούσαντι (c)· ἔπειτα δὲ χαίροντες καὶ γαννύμενοι (d), ἰδοὺ φασὶν πρὸς ἐμὲ ὁ θεὸς τὴν χάριν ἐδωρήσατο· εἴσελθε γοῦν εἰς

enim gratiam profecto suscipimus; sed et tu sicut nos vides supplicantes, nobiscum veniens Dominum deprecare. Et tertio ad imaginem venientes, pr ribus modis utebantur et verbis. Et cum hora multa deprecarentur, et deorsum iacentes, iubes Domine, tantum clamarent? Christus visceribus motis, tamquam misericors annuit, et date illi ex icona dicebat. Et surgentes a terra martyres, primo quidem gratias agebant Christo Deo nostro, eo quod deprecationem eorum exaudierit, deinde vero gaudentes et exultantes, en inquiunt ad me, gratiam Deus donavit: ingre-

(a) Cod. καί. (b) Synod. mendose περί. (c) Cod. ὑπακ. (d) Cod. ἀγαν.

Digitized by Google

Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἐν τῷ μεγάλῳ τετραπύλῳ νῆσις καθεύδησον, καὶ μικρὸν τοῦ τῆς καυδήλας ἐλαίου τῆς ἄνω πρὸ τῆς τοῦ σωτῆρος εἰκόνος ἁπτομένης λαβὼν εἰς ληκύθιον, πάλιν ἄγευστος τὰ ἐνθάδε κατάλαβε, καὶ τούτῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος, τῆς ὑγείας ἕξεις τὸ δώρημα.

Ὁ δὲ μετὰ τὸν ὄνειρον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται, καὶ ἐν τῷ τετραπύλῳ κοιμώμενος, ὁρᾷ παμμεγεθέστατον δράκοντα τῶν ποδῶν ἐξερπύζοντα· καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἔξοδον πρὸς αὐτὸν ἀνακάπτοντα· ἀλλ' ἄφνω φανέντες οἱ μάρτυρες, τὴν εἴσοδον διεκώλυσαν, καὶ ῥάβδῳ τὴν κεφαλὴν μὲν τοῦ δράκοντος ἔθλασαν, αὐτῷ δὲ θαρσεῖν διετάξαντο, καὶ μηκέτι δῆσαι τοῖν ποδοῖν

dere Alexandriam, et in magno Tetrapylo dormi ieiunus, et pauxillo ex oleo candelae, quae sursum ante Salvatoris imaginem ardet, in ampulla modica sumpto, iterum nihil gustans, huc confestim regredere, et pedibus hoc inunctis, donum sanitatis habebis.

At ille post somnium Alexandriam venit, et in Tetrapylo dormiens, maximum videt draconem a pedibus exeuntem, et rursus post exitum super se redeuntem, sed subito martyres apparentes introitum prohibuerunt, et virga caput draconis conquassaverunt; ipsique praeceperunt confidenter agere, et non iam pedum infirmitatem vel ma-

Digitized by Google

ἢ ταῖν χεροῖν τὴν ἀσθένειαν· αὐτὸς δὲ ἀναστὰς μετὰ κοίμησιν, τῆς κανδήλας λαμβάνει τὸ ἔλαιον, καὶ πρὸς τὸ τῶν ἁγίων ἔρχεται τέμενος· ἔνθα γενόμενος, ὡς ἐθεσπίσθη, τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἠλείψατο, καὶ παραχρῆμα τὴν νόσον ἀπέθετο, καὶ τὴν ῥῶσιν ἀπέλαβεν (1)· ἠξιώθη δὲ μετὰ τῆς καλλίστης καὶ ἡδίστης ἰάσεως, καὶ ὧν αὐτῷ πεισθέντι δωρεῶν ἐπηγείλαντο· ὑπὲρ ὧν ἁπάντων εὐχαριστῶν δουλεύει σπουδαίως τοῖς μάρτυσιν· οὓς καὶ ἡμεῖς ἀνυμνήσαντες ἐπ' ἄλλην αὐτῶν θαυματουργίαν μετέλθωμεν.

nuum expavescere. Ipse autem post dormitionem surgens, candelae oleum sumit, et ad sanctorum properat templum; ad quod cum venisset, manus ut iussus fuerat, et pedes inunxit, et continuo languorem deposuit, incolumitatem resumpsit. Meruit cum delectabili sanitate etiam dona, quae si sibi paruisset, illi spoponderant. Pro quibus omnibus gratias agens, servit studiose martyribus; quos et nos hymnis efferentes, ad aliud eorum opus mirabile procedamus.

(1) Synod. ἀνέλαβε. Sequitur autem in synodo dictum Tarasii patriarchae cpolitani, qui ex dictis argumentum ac ius desumit retinendi in templis monumenta pictorum et reliquarum artium. Subsequitur Thomae monachi testimonium quod illa adhuc imago in Tetrapylo Alexandriae conservaretur, quodque omnigenae per eam sanarentur infirmitates.

Digitized by Google

λζ. ΠΕΡΙ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΟΥ ΛΕΥΚΩΜΑΤΑ ΕΝ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΤΟΙΣ ΟΜΜΑΣΙΝ.

Ἐπειδὴ Θεοδώρου τὴν τόσον γεγράφαμεν, καὶ τὴν εἰς ἐκκλησίαν βιαίαν καὶ ἀκούσιον εἴσοδον, καὶ τὴν εἰς ὑπηρέτας θεοῦ τρισόλβιον πρόοδον, φέρε καὶ Ἰωάννην αὐτῷ συνυφάνωμεν, τὸν ὁμοίως καὶ αὐτὸν κοινωνικὸν ἐξ ἀκουσίου γενόμενον, καὶ τῆς κοινωνίας μισθὸν τὴν ῥῶσιν δρεψάμενον, καὶ πάλιν ἀδελφὸν κατὰ βαθμὸν ἱερατικὸν χρηματίζοντα· Ἰωάννης οὖν οὗτος, ἡ τῆς παρούσης γραφῆς ἀφορμή τε καὶ πρόφασις ἐκ Κοινῶ μὲν τῆς αἰγυπτίας ὥρμητο πόλεως· ἦν ἀμφοτέραις δὲ ταῖς κόραις ἔσχε λευκώματα,

37. DE IOHANNE SUBDIACONO QUI ALBUGINES IN AMBOBUS OCULIS HABUIT.

Quoniam Theodori sospitatem resumptam, et violentum ac non voluntarium ad ecclesiam introitum, et opimum ad ministros Dei accessum descripsimus, age nunc et Iohannem cum illo texere procuremus, qui et ipse similiter communicator spontaneus de non spontaneo factus est, communionisque mercedem sanitatem adeptus est, et rursus frater, per sacros gradus provectus, appellari promeruit. Hic ergo Iohannes qui praesentis scripturae fomes est et occasio, de Cyno aegyptiaca civitate extitit oriundus; in utrisque

Digitized by Google

καὶ τούτων τὸ φῶς ταῖς τῶν λευκωμάτων εἰσβολαῖς ὑπεχώρησεν, ὡς μὴ δυνάμενον κόρας ὀφθαλμῶν συνοικεῖν τοῖς λευκώμασιν· ποία γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; ὡς καὶ Παῦλος ὁ θεσπέσιος εἴρηκεν· οὔτε γὰρ τὸ φῶς ἐν κοινωνίᾳ μένειν τοῦ σκότους ἀνέχεται, οὔτε τὸ σκότος σύνοικον τὸ φῶς παραδέξασθαι δύναται, ἀλλ' ἐναντίαν τὴν φύσιν ἐν ἅπασιν ἔχοντα, ἐναντίαν δὲ τὴν ἐνέργειαν κέκτηται· ὥστε τοὺς ἔχοντας, ἢ τὸ σκότος μὴ βλέπειν, ἢ τὸ φῶς μὴ σκοτίζεσθαι.

Ἰωάννης οὖν ἔχων τοῦ σκότους τὰ αἴτια, τοῦ φωτὸς ἀπεζύγχανεν, καὶ τούτου σκοτισθεὶς ἐχω-

autem pupillis habebat albugines, et harum lumen prae albuginum recessit immissionibus, cum profecto non possent pupillae oculorum simul cum albuginibus habitare. Quae enim est communicatio luci ad tenebras? sicut et Paulus dixit egregius. Neque enim aut lumen in communione manere patitur tenebrarum, aut tenebrae cohabitatricem possunt admittere lucem; sed sicut contrariam habent naturam in cunctis, sic et contrariam possident operationem; ita ut qui habet, vel tenebras non videat, vel lumen non obtenebrescat.

Iohannes ergo habens tenebrarum causas, lumine frustrabatur, et ab hoc sequestratus tene-

Digitized by Google

ρίζετο, καὶ σκοτισθεὶς τὸ παράπαν οὐκ ἔβλεπεν· ἐν νόσῳ γὰρ τῶν ὀμμάτων γενόμενος, καὶ φωτὸς στερηθεὶς ὡς προείρηται, ἐπὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ἤγετο, ἑτέρων ὀφθαλμοῖς ποδηγούμενος· ἐνιαυτοῦ δὲ ἑνὸς διϊπωσανίος, τῆς τῶν ἁγίων ἀρωγῆς ἠξιοῦτο καὶ χάριτος· οὕτω δὲ τῶν ἁγίων γέγονεν ἡ ἐπίσκεψις· ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ὁ Ἰωάννης ἐκάθευδεν, καὶ καθεύδων ἑαυτὸν ἑστῶτα πρὸ τούτων ἁγίων ἔβλεπε μνήματος, καὶ περὶ τῆς τῶν ὀμμάτων ἐδέετο ῥώσεως· καὶ τοῦτο ποιῶν τοὺς ἁγίους ἐδόκει θεάσασθαι ἔμπροσθεν τῆς οἰκείας σοροῦ ἐν πρεσβυτέρων καθημένους μορφαῖς τε καὶ σχήμασιν· οἳ τῶν θρόνων ἀναστάντες, καὶ τῆς χειρὸς τὸν Ἰωάννην λαβόμενοι ἐπὶ τὸ θεῖον θυ-

bras patiebatur, et obtenebratus penitus non videbat. Itaque oculorum visu privatus, et sicut dictum est luce fraudatus, ad Cyrum et Iohannem martyras ducebatur, aliorum oculis ductus. Porro cum unus praeterisset annus, sanctorum opem et gratiam meruit. Taliter autem sanctorum facta est visitatio. Supra stratum Iohannes dormiebat, et dormiens ante sanctorum se intuebatur monumentum stantem, et de sanitate visus deprecantem; et hoc faciens, putabat sanctos videre ante proprium tumulum in presbyterorum formis et habitu; qui de sedibus assurgentes et

Digitized by Google

σιαστήριον ἤγαγον· καὶ τοῦτῳ αὐτὸν παραστήσαντες, ἄρτον αὐτῷ προσένεμον ἅγιον ζωοποιὸν Χριστοῦ σῶμα γενόμενον (1)· καὶ μετὰ τὴν τούτου μετάληψιν, ἀπὸ τῆς μυστικῆς πάλιν τραπέζης λαβόντες ποτήριον, θείου πεπληρωμένον ἐπότιζον γάλακτος· ᾧ τάχα καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος ποτίζειν τοὺς ἐν Χριστῷ νηπιάζοντας ἔγραφε· μεθ' ἃ τὸν Ἰωάννην ἀπέλυον τοιοῖσδε αὐτὸν περιφράξαντες ῥήμασιν· ἰδοὺ τῆς ἀληθινῆς ζωῆς τὴν ὁδὸν ὦ νεανία κατέμαθες· τὸ λοιπὸν οὖν ἐνθάδε τῶν μυστηρίων Χριστοῦ μεταλάμβανε· Θεοδοσίου γὰρ καὶ Σευήρου ὁ Ἰωάννης ὑπῆρχεν ὁμόδοξος, καὶ τούτων τοῦ δόγματος ὑποδιακόνου τάξιν κεκλήρωτο.

manu Iohannem apprehendentes, ad divinum altare duxerunt, et illum huic sistentes, panem ei sanctum praebuerunt, vivificum Christi corpus effectum: et post huius communionem, rursus a mystica mensa sumpto calice divino lacte repleto potaverunt, quemadmodum et Paulus apostolus hos, qui in Christo parvuli erant, potasse se scripsit. Post quae Iohannem dimiserunt; praeterea talibus eum circumsaepientes verbis: ecce aiunt verae vitae viam, o adolescens, didicisti. De cetero hic Christi ergo sume mysteria; Theodosii

(1) Rursus testimonium pro pane eucharístico in corpus Christi converso.

Digitized by Google

Ταῦτα καθ' ὕπνους ὁ τέως τυφλὸς θεασάμενος, τὸν μὲν ὕπνον ἀπέβαλε, τὴν δὲ καθ' ὕπνον ἐνεστήριξε μύησιν, θείαν αὐτὴν ὑπολαβών, καὶ τὴν τῶν σωματικῶν ὀφθαλμῶν εἰ τελεσθείη χαριουμένην ἀνάβλεψιν· ὅθεν ἀναστὰς τῶν μυστηρίων εὐθέως ἔνθα προσετάχθη μετέλαβε, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν προτέραν παράδοσιν ἀποθέμενος, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ψυχοφελὲς ἀσπασάμενος κήρυγμα· καὶ τοῦτο πεπραχὼς ὡς τεθέπιστο, τριταῖος τὸ φῶς τοῖς ὄμμασιν ἔβλεπεν, τῷ φωτισμῷ τῆς ψυχῆς κατὰ πόδας ἑπόμενον, καὶ γέγονεν ὡς γεγέννητο, καὶ ἦν ὡς οὐ νοσήσας ποτὲ τὰ τοῦ σώματος ὄμματα.

quippe atque Severi Iohannes erat iste sectator, et horum dogmatis subdiaconi sortitus est ordinem.

Haec in somnis is qui caecus interim habebatur intuitus, somnum quidem abiecit, mysticam vero instructionem, quae per somnium facta fuerat stabilivit, divinam hanc arbitratus, et corporalium oculorum, si consummata foret, donaturam obtutum. Unde consurgens, sacramentis ubi iussus est, protinus communicavit, omni sua priore traditione deposita, et ecclesiae animabus utili praedicatione recepta. Et hoc gesto, sicut fuerat iussus, tertianus lumen visibus contemplatus est, animae illuminationem e vestigio subsecutus, et factus est sicut natus est, et erat

Digitized by Google

Ἀλλ' ἐν τούτοις ὄντι καὶ λαμπρότατα βλέποντι, ὁ τῶν καλῶν ἀνῃρέτης ἐφθόνησεν, ἀποστερεῖν τε τοῦ διττοῦ τῶν ἁγίων δωρήματος ἔσπευδεν· καὶ δὴ ἐστέρησεν ὡς ἐβούλετο· ἀλλὰ πάλιν φανέντες οἱ σωτῆρες διέσωσαν, καὶ τὴν τοῦ μισοκάλου βουλὴν κατεστρέψαντο· τοῦ γὰρ Ἰωάννου πατρὸς τελευτήσαντος, Θεόδωρος οὗτος ἐλέγετο καὶ διάκονος τῆς λειχθείσης ὑπῆρχεν αἱρέσεως, ἀφικνοῦνταί τινες τῶν πρὸς γένος αὐτῷ πλησιαζόντων, καὶ ἀναστρέφειν οἴκαδε πείθουσιν, διάκονον ποιεῖν ἀντὶ τοῦ πατρὸς ὑποσχόμενοι· καὶ δὴ λαβόντες τὸν νέον ἀπῆσαν, τῆς τῶν ἁγίων ἐντολῆς παντελῶς ἐκλαθόμενον· ὡς δὲ πλησίον τῆς Κοινῶ τὸν Ἰωάννην οἱ λα-

quasi numquam aliquando languidos habuerit corporis oculos.

Verum cum in his esset, et clare prorsus videret, ille qui bonorum est interemptor, invidit, privareque duplici sanctorum munere festinabat. Et privabat, sicut volebat; sed rursus apparentes salvatores salvarunt, et osoris boni consilium subverterunt. Iohannis enim patre mortuo, qui Theodorus dicebatur, et diaconus eiusdem erat haereseos, veniunt quidam illius secundum genus propinqui, et domum ei reverti suadent, diaconum pro patre facere pollicentes. Et sumpto iuvene, mandatum sanctorum penitus oblivioni tra-

Digitized by Google

βόντες γεγόνασιν, καὶ σημεῖον ἓν καὶ μόνον ἀπεῖχον τῆς πόλεως, καταλαβόντες οἱ μάρτυρες ὀφθαλμοφανῶς Ἰωάννου τὰς ὄψεις ῥαπίζουσιν, καὶ τὸ φῶς ἀφαιροῦνται ὅπερ δεδώκασιν, καὶ τὸ σκότος ἐνδύουσιν ὅπερ ἀφελόντες ἐτύγχανον· ἐν τούτῳ δὲ κακοῦ Ἰωάννης γενόμενος, ἔγνω τὸ αἴτιον, καὶ γνοὺς μετενόησεν, καὶ μετανοὺς ἔτυχε συγχωρήσεως, καὶ συγγνώμης τυχὼν διωρθώσατο, καὶ διορθωσάμενος πάλιν ἀνέβλεψεν, καὶ ἀναβλέψας δουλεύει τοῖς μάρτυσι, δουλεύων ἀποδοχῆς ἠξιώθη φιλόφρονος, καὶ ταύτης ἀξιωθεὶς εἰς τὸν τῆς ἐκκλησίας κλῆρον προέκοψε· τότε δὲ λαβὼν τὸ φιλάνθρωπον ῥάπισμα, καὶ τυφλὸς ὡς τὸ πρῶτον γενόμενος, πάλιν ὑπέστρε-

dente, pergebant. Cum autem hi qui Iohannem tulerant, Cyno appropinquassent, et uno tantummodo signo a civitate ipsa distarent, veniunt martyres et palam faciem Iohannis percutiunt alapa, et lumen adimunt quod dederant, et tenebris induunt quas abstulerant. In hoc autem Iohannes malum deveniens, cognovit causam; et cognita, se paenituit, et repaenitens indulgentiam consecutus est, et veniam consecutus correptus est, et correptus denuo lumen recepit, et recepto lumine servivit martyribus, et serviens receptione dignus efficitur liberali, et hac dignus effectus in clerum profecit ecclesiae. Accepta vero benigna

Digitized by Google

φε καὶ τῆς ποθουμένης πόλεως ἀπηρνεῖτο τὴν εἴσοδον, τῶν ἁγίων εἰδὼς τὴν συμπάθειαν, καὶ ὡς ἐπιστρέφοντα δέξονται καὶ θεραπεύσουσιν πρὸς σωτηρίαν παιδεύσαντες.

Ἀμέλει κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα κοιμώμενος ἔβλεπε, μᾶλλον δὲ ἐπεὶ μὴ ἔβλεπεν, ἤκουσεν· θᾶττον ὑπόστρεψον, καὶ θεράπευε τεθυμωμένους τοὺς μάρτυρας τούτους τοὺς τοῦ οἰκονομοῦντος τὸ τέμενος, Χριστόδωρος ἦν ὁ θαυμάσιος, δηλώσας ὀνόματι· ἀληθὲς δὲ καὶ οὗτος ἦν τὸ ἐνύπνιον, τοῦτο τάχα τῶν ἁγίων κατὰ θείαν ἐργασαμένων διοίκησιν· ὅτι χωρὶς τῆς Χριστοδώρου φησὶν ἐπιτροπῆς ἀνεχώρησεν· ὅθεν ἐλθοῦσα τὸν Ἰωάννην οὔτε ἰδεῖν οὔτε τοῖς ἀνὰ τὸν

tunc alapa, et caecus sicut prius effectus, iterum reversus est, et desideratae civitatis abnegavit introitum; sanctorum compassionem et quod conversum suscepturi et curaturi essent ad salutem corripientes, non nesciens.

Denique cum nocte illa dormiret, videt; immo quoniam non videbat, audiebat; cito revertere, et placare curato martyras indignatos, quos dispensantis templum Christodori scilicet illius mirabilis insinuabat vocabulo. Veraciter autem et sic erat somnium, hoc forte sanctis per divinam dispositionem operantibus, quia sine Christodori, ait, praeceptione recessit: unde venientem Iohannem ne-



Digitized by Google

σηκὸν ἀσθενοῦσιν τεθέληκεν, ἀλλ' ἐν τῷ σεπτῷ τοῦ Τεμένους ἱερατείῳ κατέκειτο, ἔνθα καὶ πάντες οἱ ξενιζόμενοι μένουσιν, τόπον ἕτερον διὰ τὸν ἐνόντα Τῶν νοσούντων λεὼν μὴ εὑρίσκοντες· ἐν τούτῳ γοῦν Ἰωάννης ἡμέρας τρεῖς καταχείμενος, καὶ τόπον ἀσθενοῦντος οὐ λαβὼν ὡς δεδήλωται, τῆς τῶν μαρτύρων τοῦτο διοικουμένης χαριεστάτης δυνάμεως, μετὰ Τὰς τρεῖς ὡς ἐκάθευδε, διάκονον ὁρᾷ καΤὰ Τόπον ἑστῶτα Τοῦ ἄμβωνος, καὶ τῶν σεπτῶν εὐαγγελίων τὰς βίβλους βαστάζοντα, καὶ μεγαλοφώνως εὐαγγελιζόμενον· Τοῦτο δὲ ἦν ὅπερ Τοῦ καΤὰ ΜαΤθαῖον εὐαγγελίου ὁ φανεὶς ἀνεγίνωσκεν, ἡ τοῦ σωτῆρος πρὸς Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν διὰ τῶν οἰ-

que videre, neque his qui in templo erant infirmis connumerare voluit, sed in venerabili templi sacrario iacebat, ubi omnes hospites iacebant; loco alio, propter languentium qui illic inerat populum, non reperto. Interea cum Iohannes in hoc tribus diebus iacuisset, et locum infirmantis sicut intimatum est non accepisset, gratifica hoc martyrum dispensante virtute, post tres illos dies cum dormiret, diaconum videt in loco ambonis stantem, et sanctorum evangeliorum librum baiulantem, voceque magna evangelizantem; hoc autem erat ex evangelio secundum Matthaeum, quod is qui aperuerat recitabat, Salvatoris ad Iohannem

Digitized by Google

κείων μαθητῶν ἐρωτήσαντα, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκοῦμεν, ἀπόκρισις· καὶ ἀποκριθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, πορευθέντες ἀπαγγείλατε τῷ Ἰωάννῃ ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε· τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν, λεπροὶ καθαρίζονται, χωλοὶ περιπατοῦσιν, καὶ κωφοὶ ἀκούουσιν.

Τούτων ἀκροατὴς τῶν ῥημάτων Ἰωάννης καθ' ὕπνους γενόμενος, εὐθέως ἀνίσταται σὺν τῷ ὕπνῳ τὴν τύφλωσιν ἀποθέμενος· ἀναβλέψας γὰρ τοῖς τοῦ σώματος ὄμμασιν, τὸ φέγγος ὁρᾷ νεοστὶ τοῦ ἡλίου γενόμενον· ὄρθρος γὰρ ἦν· καὶ τότε μετὰ τὴν τῆς νυκτὸς ἀναχώρησιν, ἡλιακαῖς ἀκτῖσιν ὁ ἀὴρ ἐλευκαίνετο, ὅτε καὶ Ἰωάννης τῆς σωτηρίου φωνῆς λεγούσης ἀκροασά-

Baptistam, per proprios discipulos interrogantem, tu es qui venturus es, an alium expectamus, responsio. Et respondens Iohannes dixit illis: euntes renunciate Iohanni quae auditis et videtis, caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, et surdi audiunt.

Horum auditor verborum Iohannes per somnium factus, mox exsurgit, cum somno caecitate deposita: receptis enim corporis visibus, splendorem videt solis noviter ortum, mane quippe erat, et tunc post noctis recessum, solaribus radiis aër albescere videbatur, quando et Iohannes dicentem salutarem vocem audiens quia caeci vi-

Digitized by Google

μενος τυφλοὶ ἀναβλέπουσιν, ἀθρόως ἀνέβλεψε, πίστει προφωτισθεὶς τὴν ψυχὴν καὶ φωτεινὰ προσκτησάμενος ταύτης τὰ ὄμματα· οὐδέπω δὲ τελείαν τὴν ῥῶσιν ὡς τὸ πρῶτον ἐδέξατο, ἀλλὰ μόνον φέρων ἐν τοῖς ὄμμασι τῆς τοιαύτης ἀγνωμοσύνης τὸν ὀφέλιμον ἔλεγχον, ἵνα τοῦτον ἄλλοι θεώμενοι, ἑαυτῶν ἀσφαλέστεροι γίγνοιντο· ἡμεῖς δὲ καὶ ταύτης τῆς παντοφελοῦς παιδεύσεως ἕνεκα τοῖς ὕμνοις ὑμνήσαντες, ἄλλης αὐτῶν παιδευτικῆς θαυματουργίας ἁψώμεθα.

λη. ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΩΣΑΥΤΩΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΛΕΥΚΩΜΑΤΑ.

Ἡκέτω μετὰ τοῦτον τὸν Ἰωάννην ὁ Στέφα-

dent, ilico visum resumpsit antea fide illuminatus secundum animam, et prius illuminatis huius possessis optutibus. Verumtamen numquam perfectam sicut ante sanitatem recepit, sed manet in oculis portans huiusmodi ruptae fidei utilem correptionem, ut hunc alii videntes se se cautiores efficerent. Porro nos etiam propter hanc utilem per omnia correptionem, sanctos laudibus honorantes, aliam ipsorum disciplinalem miraculi operationem tangamus.

38. DE STEPHANO SIMILITER IN OCULIS HABENTE ALBUGINES.

Veniat post hunc Stephanus, et succedat cy-

Digitized by Google

νος, καὶ διαδεχέσθω τὸν κινοπολίτην ὁ νικιώτης τῷ γράμματι, προσαύξων τῶν ἁγίων τὸν ἔπαινον, καὶ προσθήκη τῆς αὐτῶν εὐφημίας γινόμενος· ἐνόσει μὲν καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχων λευκώματα, καὶ τῆς τοῦ προλαβόντος ὑπῆρχεν αἱρέσεως· ὧν πολλὴν ποιούμενος πρόνοιαν ὡς φωτὸς γλυκυτάτου παθόντων τὴν στέρησιν, τῇδε κἀκεῖσε διέθεεν, εὑρεῖν ἐπιποθῶν ὃ πρώην ἀπώλεσεν· πῶς δὲ τοῦτον οἱ θεσπέσιοι καὶ φιλάνθρωποι μάρτυρες θεραπεύουσιν ἀκουσώμεθα· ἔτι δὲ τούτων τὸν ζῆλον τὸν ὑπὲρ τῆς ὀρθῆς θαυμάσωμεν πίστεως, καὶ τὴν δεδομένην αὐτοῖς τῶν ἰαμάτων ὑμνήσωμεν δύναμιν· πρῶτον μὲν γὰρ ἐπὶ μήνας τέσσαρας ἐλ-

nopolitae in hoc scripto niciotes, sanctorum laudationem augmentans, et quaedam bonae ipsorum famae additio factus. Languebat enim et ipse, in oculis habens albugines, et illius qui praecessit erat haereseos; quorum, quia dulcissimi luminis fuerant passi privationem, multam iure fecit provisionem; et ideo hac illacque discurrebat, invenire desiderans quod ante perdiderat. Qualiter autem hunc egregii martyres et amatores hominum curent, audiamus; quin immo zelum horum miremur, quo pro fide orthodoxa flagrant, datamque illis sanitatum laudemus virtutem. Denique primo quidem per menses quatuor venientem Stephanum

Digitized by Google

θόντα τὸν Στήφανον ἀνεπίσκεπτον εἶασαν, διὰ τούτου τὴν δυσκατάθετον αὐτοῦ γνώμην μαλάσσοντες, καὶ πραώτερόν πως πρὸς πραδοχὴν τοῦ βελτίονος ἐργαζόμενοι· εἶτα μετὰ τὸν ῥηθέντα καιρὸν ἐπισκέπτονται, καὶ ἀξιοῦσι τῆς ῥώσεως, ἐπισκέψει μιᾷ πρὸς τὴν τηλικαύτην νόσον ἀρκέσαντες.

Τοιούτῳ δὲ τρόπῳ καθεύδοντι φαίνονται· ἐν τῷ ἱερατείῳ τοῦ τεμένους ἑστήκεσαν, σχῆμα μοναστοῦ περικείμενοι, καὶ τὸν Στέφανον ἔξω τυγχάνοντα ὡς εἰς αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐκάλουν τοῖς νεύμασιν· καὶ εἰς τὴν ἱεραϊκὴν αὐλὴν εἰσπηδήσαντι, εὐλογίαν αὐτῷ, ἄρτος ἦν καθαρὸς σταυρὸν ἐντετυπωμένον ἔχων, παρείχοντο· ὁ δὲ τὴν δο-

sine visitatione deseruerunt, per hoc immutabilem eius mentem mollificantes, et mitiorem quodammodo ad receptionem meliorationis operantes. Dein post praedictum tempus visitant, et dignum faciunt sanitate, una visitatione ad tantum languorem contenti.

Tali autem modo dormienti manifestantur. In sacrario templi stabant, habitu induti monastico, et Stephanum, qui foris erat, ad se venire nutibus invitabant, et in hieraticam aulam insilienti benedictionem praebebant, quae mundus panis erat crucem habens expressam. At ille datam benedictionem suscipiens, sine voluntate in pavi-

Digitized by Google

θείσαν εὐλογίαν δεξάμενος, ἄχων εἰς τοὔδαφος εἴασε φέρεσθαι, ἣν αὖθις Κῦρος ὁ δεδωκὼς ἀνελόμενος εἰς χεῖρας ἐδίδου τοῦ νέου, οὗ τῆς παλάμης ἐξέπεσεν· καὶ πάλιν πεσοῦσαν τὸ δεύτερον, πάλιν ὁ Κῦρος ἐπεδέδωκεν ἀνελόμενος· ὡς δὲ πάλιν τὸ τρίτον παρέπεσεν, πάλιν ἐκ τρίτου λαβὼν ἐπιδέδωκεν, οἰμώξας τρόπόν τινα, καὶ τοιαύτην φωνὴν πρὸς τὸν ἀσθενοῦντα φθεγξάμενος· ὄντως ἀδελφὲ πάνυ πολὺ προσεπόθησα τῷ νεῷ σοῦ προσπελάσαντος, τοῦ ἀκοῦσαί σου τὸ ἀμὴν ἀμὴν κύριε λέγοντος· ὁ δὲ συνεὶς ὡς τῆς τῶν μυστηρίων Χριστοῦ μεταλήψεως ἕνεκεν εἴρηκεν, τότε γὰρ τοῦτο τοῖς ἱερεῦσιν τὸ ζωοποιὸν καὶ σωτήριον σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ διανέμουσι πρόσφθεγμα λέγομεν, μαρτυροῦντες οἰκείᾳ φωνῇ καὶ συντιθέμενοι, ὡς ἀλη-

mentum ferri permisit, quam iterum Cyrus auferens tradidit. Cum vero iterum et tertio cecidisset, receptam iterum tertio tradidit, gemens quodammodo et huiusmodi voce ad infirmum effatus: vere, frater, valde multum desideravi templo te adhaerentem, et audire amen amen Domine dicentem. At ille intelligens quod de mysteriorum Christi perceptione diceret; tunc enim hanc sacerdotibus, dum vivificum et salutare corpus et sanguinem Dei distribuunt, allocutionem respondentes edicimus, testimonium voce propria perhi-

Digitized by Google

θὲς καὶ ἔστι τε καὶ λέγεται, τὸ πρὸς ἐκείνων εἰς τροφὴν ἡμῖν πνευματικὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν παρεχόμενον, καθ' ἑκάστην κυριακὴν ταύτης μεταλαμβάνειν τῆς ἀθανάτου τροφῆς ἀπεκρίνατο· ἀλλ' ὁ ἅγιος φανερώτερον ποιῶν τῷ ἀκούοντι τὸ λεγόμενον, ὄντως φησὶν οὐδ' ἅπαξ ἐνθάδε μολὼν ἐκοινώνησας· ὅπερ εἰ μὴ δράσῃς, τί τῶν ἀναγκαίων ὀνῆσαί σοι δυνάμεθα.

Ἀναστὰς δὲ τῶν ὕπνων ὁ Στέφανος, τῇ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κοινωνίᾳ προσέδραμεν, καὶ τοῖς ταύτης μυστηρίοις ἑπομένην τὴν ἀνάβλεψιν εὗρισκεν· ἐντεῦθεν καὶ ὁ τούτῳ διακονούμενος, τῶν ἐκκλησιαστικῶν τοῦ σωτῆρος προβάτων ἐγίνετο, μανίαν εἶναι σαφῆ, καίτοι βάρβα-

bentes ac profitentes quod verum sit, et vere dicatur quod ab illis nobis in spiritualem escam, et in remissionem peccatorum tribuitur; per singulos dominicos dies hanc se immortalem escam sumere promittebat. Sed sanctus manifestius faciens audienti, vere inquit nec semel huc veniens communicasti, quod nisi gesseris, nec nos tibi quid necessariorum conferre poterimus.

Surgens autem a somno Stephanus, ad communionem confugit ecclesiae, huiusque mysteria sequentem repperit visum. Hinc et his qui huic ministrabant de ecclesiasticis Salvatoris ovibus factus est, insaniam esse manifestam, quamquam

Digitized by Google

ρος ὢν, λογισάμενος, τὸ πρὸς θεὸν καὶ ἁγίους ἐκκλησίαν τε καθολικὴν καὶ πίστιν ὀρθόδοξον μάχεσθαι· ἀλλ' ὁ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς χρηστοῖς διαφθονούμενος, καὶ τούτους σωζομένους ἐβάσκανεν, καὶ τὸ δῶρον ἐξ ἡμισείας ἀφείλετο· εἰ καὶ τὸ πᾶν ἀφελέσθαι βουληθεὶς οὐ δεδύνηται, τοὺς μάρτυρας εὑρὼν ὑπασπιστὰς τοῦ δωρήματος· μετὰ γὰρ τὴν ῥῶσιν τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἑκατέρων ὀφθαλμῶν τὴν ἀνάβλεψιν, ἔτι κατὰ τὸν σηκὸν διατρίβοντες, ὁ διακονούμενος ἠρώτα τὸν Στέφανον· ἰδοὺ φησὶν ἐνθάδε, ὦ κύριε, ταῖς τῶν ἁγίων πεισθέντες κελεύσεσιν, κοινωνικοὶ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας γεγόναμεν· τὴν ἐνεγκαμένην δὲ σὺν θεῷ καταλαμβάνοντες ἐμμένωμεν ἆρα ταῖς τούτων κελεύ-

barbarus esset, cogitans, contra Deum et sanctos ecclesiamque catholicam et orthodoxam fidem pugnare. Sed ille qui omnibus invidet bonis, et in hos qui salvantur livoris facibus inardescit, donum dimidium abstulit, licet totum auferre volens minime potuisset. Post sanitatem quippe animae ac corporis, receptumque utriusque oculi visum, cum adhuc in sanctorum basilica moraretur, minister interrogabat Stephanum: ecce ait o domine, hic sanctorum obedientes iussis, communicatores catholicae facti sumus ecclesiae; cum autem ad civitatem nostram auxiliante Deo perve-

Digitized by Google

σεσιν ; ἢ πρὸς τὸ πρώην πάλιν χωρήσωμεν ; ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· ὡς ἐνταῦθα μὲν ὄντες τὰ δοκοῦντα δρῶμεν τοῖς μάρτυσιν, ἀπιόντες δὲ τῶν ἐντεῦθεν, τῶν οἰκείων πάλιν δογμάτων ὡς τὸ πρὶν ἀνθεξώμεθα, καὶ πίστεως ἧς ἡμῖν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐνεχείρησαν.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν μόναις τέως ἐλέγετο ταῖς ἐνλεύξεσιν· ἔργον δὲ τοῖς λόγοις οὔπω τοιόνδε συνήπτετο· καὶ δίκη τῶν λόγων ὥσπερ ἔργων ἀκούσασα, ὡς πεπραχότα τὸν εἰρηκότα μετήρχετο· νὺξ γὰρ μετὰ τὰς ἡλίου δυσμὰς κἀκείνης τῆς ἡμέρας ἐλθοῦσα τὸ πέρας τοῖς ἐπὶ γῆς ἐβράβευσε τὴν ἀνάπαυσιν ἀνθρώποις δηλονότι ὕπνον

nerimus in horum putas iussionibus permanebimus? an iterum ad pristina repedabimus? Ille vero ad eum respondit: dum sumus inquiens hic, quae videntur martyribus peragamus; cum autem hinc abierimus, propria dogmata sicut antea retinebimus, et fidem quam nobis patres nostri tradiderunt.

Et haec quidem solis interim intentionibus dicebantur; opus autem verbis nondum tale copulabatur; iudiciumque * sermonibus aeque ut operibus auditis, quasi agentem, dicentem insectabatur. Nox enim post solis occasum et illius diei veniens terminus, his qui supra terram erant requiem concedebat, hominibus scilicet, aliis quo-

* *immo* ultio divina.

Digitized by Google

αὐτὴ ταῖς πτέρυξι φέρουσα, καὶ βοῶσα σαφῶς ὡς οὐ μάτην οὐδ' αὐτὴ τῷ πάντων ποιητῇ πεπλαστούργηται· καθ' ἣν καὶ οἱ μάρτυρες Στεφάνῳ ὡς ἀγνώμονι φαίνονται, καὶ τῆς ἀχαριστείας αὐτὸν τὰς δίκας εἰσπράττονται, λουτροῖς αὐτὸν ἐπιτρέψαντες χρήσασθαι· οἷς ὡς ἐκελεύσθη χρησάμενος, οὕτω διετέθη κακῶς, ὡς πολλὰ γρηγορῆσαι νυχθήμερα, καὶ τὴν πολλὴν ἀϋπνίαν σὺν ταῖς ὀδύναις ὀδύρεσθαι, εἰς πάθος φρενῶν φέρειν ἰδυῖαν τοὺς πάσχοντας· ἀλλ' αὐτὴ μὲν μαστίξασα ὡς δέον ἦν τὸν ἀγνώμονα, φιλανθρωπίᾳ μαρτύρων ἐπαύσατο· ἡ τύφλωσις δὲ πάλιν αὐτὸν ἡ παλαιὰ διεδέξατο, γλώττης ὄλισθον καὶ δυσσεβὲς διανοίας κολάζουσα γέν-

dammodo ferens somnum, et clamore vocitans lumen, cum nec ipsa profecto vane ab omnium factore sit facta: qua et Stephano tamquam ingrato martyres apparent, et ingratitudinis eum poenas luere cogunt, balneis hunc uti praecipientes, quibus sicut iussus est utens, ita male tractatus est, ut nocte ac die plurimum vigilaret, et cum multis doloribus, quia insomnem ducebat vitam ploraret, quod in passione sensuum eos qui patiuntur adducere novit. Sed ipsa quidem misericordiâ martyrum, quae sicut conveniens erat verberabat ingratum, quievit; caecitas autem ei vetus surrogata est, linguae lubricum, et impium

Digitized by Google

νημα· καὶ ταῦτα πάσχων ἀξίως ὁ ἄθλιος, ἠγνόει κακῶς τῆς βασάνου τὸ αἴτιον.

Ἀλλ' οἱ χριστομίμητοι μάρτυρες ὑπερβαλλόντως ὄντες φιλάνθρωποι, καὶ σωθῆναι πάντας ἀνθρώπους ἐθέλοντες, καὶ ἐλθεῖν εἰς ἀληθείας ἐπίγνωσιν ὡς ἂν ἐπιγνοίη, καὶ ἐπιγνοὺς μεταγνώσει, καὶ μεταγνοὺς σωθείη, τούτῳ δεικνύουσι δι' ὁράματος, καὶ φανέντες ἐν ἄρχοντος εἴδει τε καὶ τάξει τοῦ τὴν Νικίου πόλιν ἰθύνοντος, τῆς πρὸς Κῦρον φησὶν καὶ Ἰωάννην περὶ κοινωνίας γενομένης αὐτῷ συγκαταθέσεως ὠνείδιζον τὴν παράβασιν, καὶ στέργειν αὐτὸν τὰς πρὸς αὐτοὺς συνθήκας ἐκέλευον· καὶ τοῦτον ἠπείλουν εἰ πρὸς ἄλλην ἴδοι παράτρωσιν· ὁ δὲ ὡς

mentis puniens genimen. Et dum haec pateretur, infelix, ignorabat mali causam tormenti.

Sed martyres cum excellenter sint Dei aemulatores, et hominum amatores, salvarique omnes homines, et venire ad veritatis cognitionem velint, ut agnosceret, et agnoscens paeniteret, et paenitens salvaretur, hoc ostendunt per somnium. Apparent enim in specie ac ordine principis Niciopolim moderantis, exprobrantes quasi ad Cyrum et Iohannem de communione factae conven-
* ita cod. tionis praevaricationi *, et stabilire illum factas ad se sponsiones iubebant, et minabantur, si ad alium ultra declinasset errorem. At ille cum laesionis cog-

Digitized by Google

ἔγνω τῆς βλάβης τὸ αἴτιον, ἀναστὰς ἐπωμόσατο μηκέτι μὴ λόγῳ μὴ ἔργῳ τοιοῦτο τι διαπράξασθαι, καὶ τῶν προλαβόντων συγγνώμην ἠξίωσε.

Οἱ δὲ θεσπέσιοι μάρτυρες ὡς ἴδον ἀραρότως συνθέμενον, καὶ σθένει παντὶ τὰς πρὸς αὐτοὺς περὶ πίστεως συνθήκας φυλάττειν σπουδάζοντα, πάλιν αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους ἐφάνησαν τῷ θυσιαστηρίῳ Χριστοῦ παριστάμενοι, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν προσφέροντες, ἧς αὐτῷ καὶ μετέδωκαν προσενέγκαντες· καὶ μεταλαβόντι πάλιν αὐτῷ τὴν τοῦ σωτῆρος νύμφην τὴν ἐκκλησίαν ὑπέδειξαν ἐν λαμπροῖς ἐσθήμασιν ἀπαστράπτουσαν, καὶ κόσμον ἔχουσαν ἔνθεον καὶ κάλλος ἀνήκαστον ἀνθρωπίνῃ φωνῇ μὴ λεχθῆ-

novisset causam, surgens iureiurando iuravit, ulterius se non verbo, non opere huiusmodi quid acturum, et praecedentium veniam postulavit. Cum autem egregii martyres hunc vidissent firmiter pollicentem, et virtute omni factas ad se de fide sponsiones custodire festinantem, iterum illi in somnis apparuerunt altari Christi assistentes, et incruentum sacrificium offerentes, de quo ei et impertiti sunt dum offerrent. Cuique communicanti rursus Salvatoris sponsam, ecclesiam scilicet ostenderunt, claris vestibus rutilantem, divinumque ornatum habentem atque inaestima-

Digitized by Google

ναι δυνάμενον· ἥτις ἐλθοῦσα πρὸς τὸ σεπτὸν θυσιαστήριον, πάλιν καὶ αὐτὴ τῶν ἐπικειμένων Χριστοῦ μυστηρίων τῷ Στεφάνῳ λαβοῦσα μετέδωκεν· καὶ τοῖς ἁγίοις εἰρηκόσιν, ἀρκεῖ αὐτὸ δοθὲν πρὸς τελείωσιν, τοιούτοις ἀπεκρίνατο ῥήμασιν· βούλομαι περιστεύειν αὐτὸν τοῖς θείοις δωρήμασιν, καὶ τοῦτο πλεῖον τῶν δεδομένων κομίσασθαι· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν ἐδεξάμην νῦν φωτιζόμενον, καὶ υἱὸς ἐμὸς ἀπὸ τοῦ παρόντος κεκλήσεται.

Καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς μάρτυρας λέξασα, σταυρὸν χρυσέον λίθοις διαυγέσιν καὶ τιμίοις λάμπουσα ἀπὸ τοῦ τραχήλου τοῦ νέου περὶ τὸ στῆθος ἐώρησεν, τοῦτον φύλακα τοῦ δοθέντος αὐ-

bilem pulchritudinem, quae humana voce dici non poterat; quae ad venerabile veniens altare, iterum et ipsa proposita Christi sumpta mysteria Stephano praebuit; et dicentibus sanctis sufficere illi quod ad perfectionem fuerat attributum, huiuscemodi verbum respondit: volo eum divinis muneribus abundare, et hoc plus his quae data sunt asportare. Ego enim nunc eum dum illuminaretur suscepi, et filius meus a tempore praesenti vocabitur.

Et his ad martyres dictis, crucem auream fulgidis pretiosisque lapidibus corruscantem a collo iuvenis circa pectus suspendit, hanc observatricem illuminationis quae illi data fuerat prae-

Digitized by Google

τῷ παρασχοῦσα φωτίσματος· ὅτι ἔξω προελθόντα τοῦ ἱεροῦ τόπου τὸν Στέφανον, μετὰ τὴν τῆς μυσταγωγίας ἐκείνης ἀπόλυσιν, αἰγύπτιος τίς δυσειδὴς ἅμα καὶ βέβηλος, ἐκδύειν ἠβούλετο τῆς ἐκκλησίας ἔξω γενόμενον, καὶ πολὺ μαχησάμενος οὐ δεδύνηται· ἀλλὰ καὶ νικηθεὶς, εἰς βόθυνον τινὰ δυσκατάληπτον πέπτωκε, σταυροῦ δηλονότι τοῦ τῆς νίκης δωτῆρος καὶ φύλακος τὸν οἰκεῖον προσκυνητὴν πάλιν ῥωννύοντος, καὶ νίκην καταὶ τοῦ σκότους παρέχοντος· μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς νίκης ὁ Στέφανος καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὸ σκότος ἀπέθετο, καὶ τῆς ὑγείας ἀπήλαυσε, καὶ τὸ φῶς ὡς τὸ πρὶν ἐθεάσατο, σιρίων ὀπῷ πρὸς θεραπείαν χρησάμενος· τούτων

stans; quia cum a sacro loco post illam mysticae celebrationis solutionem Stephanus processisset, aegyptius quidam foedus, atque pollutus volebat eum exuere, cum extra ecclesiam foret inventus, et multum causatus, nihil praevaluit, sed et victus in foveam quamdam vix comprehensibilem cecidit, cruce videlicet victoriae datrice et observatrice, proprium adoratorem ad luctationem roborante, et victoriam contra tenebras tribuente. Post pauxillum vero victoriae *, Stephanus et tenebras oculorum abiecit, et sanitate potitus est, et lumen sicut antea vidit, intybarum suco ad curationem usus; ex his enim elicere su-

* *immo* paulo post victoriam.

Digitized by Google

γὰρ ἐκχυματίζεσθαι τὸν ὀπὸν οἱ μάρτυρες δι' ὁραμάτων ἐκέλευσαν· καὶ ἐπὶ τοῦτο δὲ πάλιν τοὺς σωμάτων καὶ ψυχῶν ἰατροὺς ἀνυμνήσαντες, καὶ πρό γε τούτων Χριστὸν τὸν δι' αὐτῶν ἐνεργοῦντα τὴν ἴασιν, πρὸς ἄλλην ἴασιν καὶ ἑτέρου διήγησιν θαύματος ἴωμεν.

## λθ. ΠΕΡΙ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΠΑΡΑΙΤΟΥ.

Ἐπειδήπερ ἐν ἄμφω τοῖς προλαβοῦσι θαύμασί τε καὶ τέρασι καὶ τοῖς πρὸ τούτων λεχθεῖσιν ἡμῖν διηγήμασιν ἡ περὶ πίστεως γνώμη Κύρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἁγίων μαρτύρων δεδήλωται, καὶ ὡς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὸ κήρυγμα σέβουσιν, καὶ τὴν ταύτης κοινωνίαν ἀσπάζονται, διὰ τῆς ἰάσεως τῶν μνημονευθέντων

cum martyres in somnis iusserunt. Et in hoc iterum corporum et animarum medicis collaudatis, et super hos Christo, qui per eos operatus est sanitatem, ad aliam sanitatem et alterius relationem miraculi gradiamur.

## 39. DE PETRO PARALYTICO.

Quoniam in utrisque miraculis et prodigiis quae praecesserunt, et enarrationibus quae a nobis antea dictae sunt, Cyri atque Iohannis sanctorum martyrum de fide sententia claruit, et quod catholicae praedicationem ecclesiae colant, huiusque

Digitized by Google

ἀρτίως γιγνώσκονται, ἄξιον οἶμαι καθέστηκε καὶ Πέτρου μνήμην ποιήσασθαι, ὃν οἱ θεσπέσιοι μάρτυρες τῆς τῶν πρὸ αὐτοῦ δόξης ὑπάρχοντα πρὸς τὴν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐλθεῖν κοινωνίαν ἠνάγκασαν· καὶ εἰ μὴ σκοπὸν τοῦτο ποιούμεθα, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ἀποστατούντων τῆς ἐκκλησίας ὀφέλειαν, ἵν' οὗτοι κατὰ τὸ λόγιον ἐπὶ στόματος δύο ἢ τριῶν μαρτύρων παντὸς ῥήματος τὴν στάσιν γινώσκοντες, καὶ νῦν μεταμάθωσιν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὰς οἰκείας ῥεύσεις ἐάσαντες, τῇ τοῦ σωτῆρος ἐκκλησίᾳ προσέλθωσιν, τῷ σκοπῷ τῶν ἁγίων ἑπόμενοι, καὶ πρὸς αὐτῶν τὸ χρηστὸν διδασκόμενοι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τοὺς ἔτι κατὰ τὸν βίον ὑπάρχοντας

communionem amplectantur, per sanitatem eorum qui modo commemorati sunt patet, dignum arbitror esse Petri quoque memoriam facere, quem egregii martyres cum sectae priorum esset, ad sanctissimae venire communionem ecclesiae coëgerunt; quamvis hoc non in exemplum tribuatur, sed ob utilitatem praevaricatorum ecclesiae concedatur, ut isti secundum illud eloquium in ore duorum vel trium testium omnis verbi statum cognoscentes, nunc quoque veritatem ediscant, et propriis dimissis haeresibus, ad Salvatoris accedant ecclesiam, typum sanctorum sequentes, et ab eis Christum discentes. Propterea enim et eos qui adhuc



Digitized by Google

καὶ τὸν ἀέρα τοῦτον τὸν ὁρώμενόν πνέοντας φέρομεν, ἵνα εἴπερ ἡμῖν ἀπιστήσωσιν λέγουσιν, ἐκείνους αὐτοὺς ἐρωτήσωσιν, καὶ παρ' αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν μάθωσιν· ἀρκήσουσι γὰρ ἡμῖν πρὸς πᾶσαν ὀρθότητος πίστωσιν συνηγοροῦντες οἱ μάρτυρες, καὶ τοὺς σκάζοντας πρὸς τὴν τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσιν ἐν κημῷ καὶ χαλινῷ μεταφέροντες· ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν, καὶ τοῦτο πάλιν δι' ἔργων καὶ νῦν αὐτῶν ἐπιδείξωμεν· τὴν ἀρχὴν δὲ τῆς τούτου διηγήσεως ἐνθένδε ποιήσωμεν.

Ἡρακλείου τοῦ κτήματος ὁ Πέτρος ἐτύγχανεν, ὃ σταδίοις δέκα καὶ τέτρασι τῷ νεῷ τῶν ἁγίων διέστηκεν· καὶ πάρεσιν εἶχε τὸ νόσημα

superstites sunt, et aërem istum visibilem spirant adducimus, ut si nobis non credunt dicentibus, illos interrogent, et ab eis veritatem ediscant. Sufficient quippe nobis ad omnem rectitudinis certitudinem, praestantes favorem martyres, et vacillantes circa pietatis cognitionem in camo et freno circumferentes. Sed ad propositum veniamus, et hoc iterum operibus ipsis etiam nunc ostendamus. Porro principium huius narrationis istinc faciamus.

Heraclide praedio Petrus erat, quod stadiis quatuordecim a sanctorum templo distabat, et dissolutionis habebat languorem ex magna infirmi-

Digitized by Google

εἶχε τὸ νόσημα ἐκ μεγάλης ἀσθενείας γενόμενον * εἰ μὴ Πέτρου θεάσοιτο θάνατον, καὶ σὺν αὐτῷ πελάσει τῷ μνήματι· ἀλλ' εἰς Κῦρον ἐλθὼν καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας, καὶ δι' αὐτῶν εἰς ἐκκλησίαν καθολικὴν καὶ πίστιν ὀρθόδοξον πρὸ θανάτου τὴν νόσον ἀπέβαλεν, καὶ πρὸ μνήματος τὴν ὀλέθριον πάρεσιν· ἀληθείας γὰρ οὐδὲν ἰσχυρότερον, ὡς ἡ τοῦ Ζωροβάβελ δείκνυσι φρόνησις, τῆς τοῖς οὐρανίοις κρατυνομένης κηρύγμασι, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀεὶ τηρούσης ἀήττητον, καὶ πύλαις ᾅδου μηδαμῶς ὑποκλίνουσαν, αἵτινες αἱρέσεις εἰσὶν αἱ μισόχριστοι, τῷ τοῦ ᾅδου διακονούμεναι φάρυγγι, καὶ πάντως εὐμαρῶς τοὺς ἐμπίπτοντας τῇ τούτου γαστρὶ παραπέμπουσαι.

tate generatum, nolentem recipere terminum nisi Petri mortem vidisset, et una cum eo monumentum appropinquasset. Verum ad Cyrum et Iohannem martyras, ac per eos ad ecclesiam catholicam, et fidem orthodoxam veniens, ante mortem languorem deposuit, et ante monumentum exitiosam paralysin; veritate namque nihil est fortius sicut Zorobabel ostendit prudentia, quae caelestibus confirmatur praedicationibus, et ecclesiam servat semper insuperabilem, portis scilicet nequaquam inclinatam inferni, quae sunt haereses odio Christum habentes, et inferni faucibus

Digitized by Google

Τούτῳ γὰρ οἱ τῇ πίστει θερμότατοι μάρτυρες παρασταντες καθεύδοντι, πράως ὁμοῦ καὶ προσηνῶς διαλέγονται· βούλει γὰρ, ἔφασκον, τῆς ὑγείας ἀπολαῦσαι καὶ ῥώσεως, καὶ ταύτην φυγεῖν τὴν κακίστην πάντων ἀσθένειαν; ὁ δὲ προθύμως προσηκάμενος τὴν ἐρώτησιν, καὶ τοῖς χείλεσιν εἴρηκεν, καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦτο νεύσας ἐμήνυσεν· χεῖρας δὲ κινῶν ὡς ἠδύνατο, τὸν τῆς ἱκετείας τρόπον ἐδείκνυεν· οἱ δὲ μάρτυρες ὡς ἴδον

ministrantes, cunctosque lapsos huius utero facile transmittentes.

Huic enim dormienti fide ferventissimi martyres assistentes, mansuete simul et leniter disputant. Vis enim, asserebant, sanitate perfrui et incolumitate, et hanc pessimam omnium infirmitatem effugere? At ille prompte interrogatione accepta labiis dixit, et capite hoc innuens indicavit, manibus vero motis sicut poterat modum supplicationis monstrabat. Martyres autem cum vidissent eum ad sanitatem anhelare, huiusmodi ei optionem praetendentes, si vis aiunt a languore liberari, surgens pretiosum Iordanem ingredere (hoc enim nomine Alexandrini sacri baptismatis piscinam significant (1), eo quod Christus dominus noster ad purgationem nostri sit in Iorda-

(1) Reapse et in priscis ecclesiarum rom. musivis spectatur fluvius cum inscriptione IORDANES, quo lustralem baptismi aquam significari, nemo antiquarius non dicit.

Digitized by Google

αὐτὸν πρὸς τὴν ῥῶσιν φλεγόμενον, τοιαύτην αὐτῷ προτείνουσι * (1) λητὴν * λεὼν οἱ τούτων γονεῖς καὶ προπάτορες· ὅθεν ὁ Πέτρος μηδὲ τυχεῖν ἔφησε. βούλεσθαι ῥώσεως, μηδὲ τῆς συνόδου γενέσθαι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συναχθείσης ὁμόδοξος· οἱ δὲ θεσπέσιοι ταῦτα λέγοντι προσηπείλησαν, καὶ ὡς οὐκ ἄλλως σωθήσεται φήσαντες ἀνεχώρησαν, τὰς ἀλγηδόνας αὐτῷ διυπνήσαντες, ἃς ἦσαν αὐτοὶ καταγνάσαντες· ὁ δὲ ταύταις δεινῶς αἰκιζόμενος πάλιν ἀρωγοὺς ἐκάλει τοὺς μάρτυρας· ἀλλὰ πάλιν ἐλθόντες, καὶ τὰ πρῶ-

* immo ἰσραελιτικόν.

ne flumine baptizatus) manibusque ibidem lotis, mysteria Christi quae illic sunt accipe, manuum ostendentes figura, corporis Christi ac sanguinis vivificam ac beatam perceptionem. Qui hoc audito, malam propositionem esse ait, synodoque maledixit chalcedonensi, quamvis liquido sciret huius auctores. Odium quippe multum Aegyptii ex irrationabilitate ac barbarico sensu contra sanctum hoc feruntur concilium (2), quomadmodum quondam adversus Israëliticum populum, horum parentes ac genitores. Unde Petrus neque sanitatem velle se impetrare dixit, neque synodi quae

(1) Quid in codicis graeci lacuna sit perditum, demonstrat latinus textus.

(2) Aegyptii quippe sunt Dioscori et Severi adseclae, quorum hominum contra concilium chalcedonense notae sunt ira et impietas.

Digitized by Google

τα προτείναντες, ἀπράκτους ἀπέλυσεν· οὐ μόνον δὲ δὶς καὶ τρὶς ἢ τετράκις τοῦτο πεποίηκεν, ἀλλὰ πολλάκις αὐτοὺς καλῶν εἰς βοήθειαν, καὶ δι' ὀλίγον αὐτῷ πολὺν ὑπακούοντας, καὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν ἐπιτρέποντας, ὡς οὐκ ἐλθόντας ἀπέλυεν, μὴ βουλόμενος αὐτοῖς ὑπείκειν καὶ πείθεσθαι· δυσμετάθετον γὰρ ἔθνος αἰγύπτιοι (1), καὶ ὁ ποιεῖν ἅπαξ θεσπίσουσιν, εἴτε καλὸν εἴτε χηρεύοι τοῦ κρείττονος, οὐ ῥᾳδίως μεθιᾶσιν· καὶ οὗτοι μὲν τοιοῦτοι τυγχάνουσιν ἅπαντες.

Chalcedone collecta est, fieri consentaneum. Illi autem egregii martyres haec dicenti minati sunt; et quod non aliter esset salvandus asseverantes, recesserunt, dolores ei excitantes quos pridem sedaverant; qui atrociter his verberatus, iterum adiutores asciscere martyras procurabat, sed iterum venientes et prima praetendentes, inefficaces dimisit; non autem bis et ter aut quater hoc fecit, sed multotiens eos vocans in adiutorium, qui cum propter multam miserationem exaudirent, et eadem facere praeciperent, quasi non venissent, nihil veritus dimittebat, nolens eis subdi vel obedire; natio enim Aegyptiorum vix mutatur, et quod facere semel decreverit, sive sit bonum, sive sit meliori deterius, difficilius immutatur; et isti quidem tales sunt universi.

(1) Gens Aegyptiorum propositi tenax.

Digitized by Google

Πέτρος δὲ τῆς ὀδύνης ὑπερβολῇ τιμωρούμενος, καὶ φέρειν ἔτι τῶν βασάνων οὐχ οἷός τε ὢν τὴν δριμύτητα, μόλις δὲ καὶ οὕτω πεισθεὶς τοῖς τῶν ἁγίων κελεύσμασι, τούτους τὸ τελευταῖον ἐκάλεσεν, ἵνα πάλιν οἰκτείραντες ἔλθωσι, καὶ τὰς ὀδύνας διώξωσιν, καὶ τὴν ῥῶσιν χαρίσωνται· καὶ παντὸς οὗ δ' ἂν ἐθέλωσί τε καὶ λέξωσιν, τούτου πληρωτὴν ἑαυτὸν ὁρίζων ἑκούσιον· οἱ δὲ συμπαθεῖς ὄντες καὶ φιλάνθρωποι μάρτυρες καὶ τότε καλοῦντος ἀφίκοντο, καὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν διετάττοντο, καὶ κοινωνὸν αὐτὸν ἔχειν τῆς πίστεως, εἰ πεισθείη καὶ ποιήσει, διώμνυντο· τούτῳ γὰρ ἔτι διστάζοντι περὶ τὴν τῶν μυστηρίων μετάληψιν, οὐκ ἀρκεῖ πιστεύειν

Petrus autem doloribus nimium cruciatus, et sufferre ultra tormentorum non valens acredinem, sicque tandem sanctorum iussionibus parens, hos novissime invitavit, quó rursus miserti venirent, et dolores pellerent, et sanitatem donarent, et pro certo definiens se quicquid vellent et dicerent, voluntarie completurum. Ast competentissimi revera et amatores hominum martyres, etiam tunc illo vocante veniebant, et eadem facere praecipiebant, communicatoremque se fidei hunc inrabant, si acquiesceret, et iussa perficeret, habituros. Hunc ergo cum adhuc circa sacramentorum perceptionem dubitaret, non tibi sufficit cre-

Digitized by Google

ἐφθέγξαντο ὡς ἡμεῖς, ὦ Πέτρε, πιστεύομεν, καὶ ἡμῖν ἐν τῷ περὶ πίστεως λόγῳ συντάττεσθαι; ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς πάλιν λέγειν ἐτόλμησεν· τί γὰρ καὶ ὑμεῖς, ὦ τοῦ Χριστοῦ μεγάλοι θεράποντες, ὡς ἡ ἐν Χαλκηδόνι πιστεύετε σύνοδος; οἱ δὲ κατὰ ταύτην φρονεῖν τὴν τῶν ἱερῶν ὁσίαν πληθὺν ὡμολόγησαν· καὶ οὕτω πιστεύειν ὡς ἡ ἐν Χαλκηδόνι πεπίστευκε σύνοδος· καὶ ταύτην ἔλεγον πίστιν ὀρθὴν καὶ θεόπνευστον κήρυγμα, ἣν ἡ λεχθεῖσα σύνοδος ὥρισε.

Ταῦτα λέξαντες οἱ θεσπέσιοι, καὶ δι' ὅρκων αὐτὰ βεβαιώσαντες, καὶ τὸν Πέτρον ἤδη προπεισθέντα τοῖς βασάνοις δράσαντες τὸ δοκεῖν, ἀνεχώρησαν τοῦ τεμένους αὐτῶν οὐκ εἰργόμε-

dere percontabantur, sicut nos credimus o Petre, et nobiscum in ratione fidei computari? Ille vero ad eos iterum dicere praesumebat, numquidnam et vos o magni famuli Christi sicut chalcedonensis creditis synodus? At illi secundum hanc sapere sanctam multitudinem sacerdotum confessi sunt, et ita credere sicut chalcedonense concilium credidit astruebant, et hanc esse fidem rectam et praedicationem divinitus inspiratam, quam praedicta synodus definierit, asserebant.

Haec cum egregii dixissent, et iureiurando ea firmassent, Petrumque iam credulum tormentis patrassent, ut putatum est, recessernnt a templo

Digitized by Google

νοι· ὁ δὲ πρωΐας τὸ μακάριον ἐπλήρωσε πρόσταγμα, καὶ μισθὸν εὐσεβείας τὴν ῥῶσιν ἐδρέψατο, καὶ φυλάττων τὴν πίστιν διέμεινεν, ἣν οἱ μάρτυρες αὐτῷ δέδωκαν, καὶ τὸν μισθὸν ἀναφέρετον ἔσχηκε τῆς ὀρθῆς οὐ τεμνόμενον πίστεως, ἀλλὰ ταύτῃ συνόντα καὶ μένοντα, καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῆς οὐ δεχόμενον· οὐδὲ πάσχει τοῖς προλαβοῦσι τὰ ὅμοια, οὐδὲ πίστεως στερεῖται καὶ ῥώσεως, καὶ πάλιν ὡς ἀγνώμων παιδεύεται, καὶ μαστιζούμενος, μεταποιεῖται τὰ κρείττονα, ἀλλ' ἔστι πιστὸς ἀμετάθετος, ἀδιαλείπτως τρυγῶν τῆς ὑγείας τοὺς βότρυας· καὶ Πέτρος μὲν οὕτω κοινωνικὸς τῆς ἐκκλησίας ἐγένετο, καὶ τέκνον φωτός.

suo exclusi nullatenus. At ille, beato completo mane praecepto, mercede pietatis incolumitate potitus est, et permansit fidem custodiens, quam sibi martyres tradiderunt, et mercedem quae auferri non posset habuit a recta fide minime recidendam, sed cum hac existentem et manentem, atque separationem illius nullatenus admittentem: sed neque praecedentibus similia patitur, neque fide vel sospitate privatur, ut iterum sicut ingratus corripiatur, et flagellatus meliora sectetur, sed est fidelis, immutabilis, indeficientis sanitatis vindemians botryones. Et Petrus quidem taliter communicator ecclesiae factus est, et filius lucis appellatus est.

Digitized by Google

Μηνᾶς δὲ ὁ Χριστοδώρου τοῦ τῶν ἁγίων οἰκονόμου νοτάριος, ἀλιξανδρεὺς ὢν καὶ τῆς αὐτῆς ὑπάρχων αἱρέσεως, φανερῶς μαστιχθεὶς ἐκοινώνησεν· οὗτος γὰρ τοὺς ἁγίους κοιμωμένους, ἐπὶ τὸ τίμιον ἱερατεῖον, καὶ τὴν μυστικὴν καὶ οὐράνιον τράπεζαν, ὡς εἰς μυστηρίων ἁγίων ἀπιόντας μετάληψιν ἔβλεπεν· οἳ στραφέντες καὶ μὴ ἑπόμενον αὐτὸν θεωρήσαντες, πρὸς αὐτὸν ὑποστρέφουσι, καὶ ῥάβδους αὐτῶν ταῖς παλάμαις κατέχοντες, ἐντόνως αὐτὸν καὶ γενναίως ἐμάστιζον, τὴν αἰτίαν τῶν βασάνων ἐμφαίνοντες· τινὸς γὰρ ἕνεκεν, ἔλεγον, ἀπιόντας ἡμᾶς ἐπὶ κοινωνίας βλέπων μετάληψιν οὐ συνέδραμες; εἰ τοίνυν εἰς οἶκον βούλει παραμένειν ἡμέτερον,

Mennas autem Christodori sanctorum dispensatoris notarius, cum alexandrinus existeret, et eiusdem haereseos, manifeste flagellatus communicavit. Hic enim sanctos dormiens ad honorabile sacrarium et mysticam caelestemque mensam pergentes, quasi ad sancta percepturos sacramenta, videbat; qui conversi et sequentem minime contemplantes, ad eum se vertunt, et retentis prae manibus virgis, indefesse hunc et fortiter flagellabant, causam tormentorum manifestantes. Dicebant enim: quamobrem pergentes nos ad communionis perceptionem intuens, non pariter cucurristi? Igitur si in domo vis perma-

Digitized by Google

τοῖς ἡμῶν ἀκολούθει θεσπίσμασιν· καὶ ὅθεν ἡμεῖς δεσποτικῆς τροφῆς ἀπολαύομεν, ἐκεῖσε καὶ αὐτὸς μεταλάμβανε, ταῖς τῶν δακτύλων ἐκτάσεσιν τὴν ἱερὰν δεικνύοντες τράπεζαν.

Ἀλλ' οὔτε μετὰ πλείστας αὐτοὺς συνθέσθαι μάστιγας ἔπεισαν, ἐμβριθῶς ἀπειλήσαντες εἴασαν, πάντως ποιεῖν τὸ κελευσθὲν συνταξάμενον· ὁ δὲ στραφεὶς ταῖς ἀλγηδόσιν ἐστύφετο, καὶ ὡς ὕπαρ πληχθεὶς εἶχε τοὺς μώλωπας, τῷ τῶν ἁγίων μαρτυροῦντας βουλήματι· ὅθεν ἀναστὰς εὐθὺς ἐκοινώνησεν, καὶ τὰς τῶν βασάνων εὐθὺς ὀδύνας ἀπέβαλε· καὶ φωτισθεὶς τὴν ψυχὴν τῇ τῆς ἀληθοῦς πίστεως χάριτι, εὐμενεῖς τὸ λοιπὸν τοὺς ἁγίους ἐκτήσατο· βουλόμενοι δὲ

nere nostra, nostras sequere sanctiones; et unde nos dominica esca fruimur, illinc et ipse communica, digitorum extensionibus sacram mensam monstrantes.

Sed cum neque multa spondentes flagella ei persuasissent, verissime minitantes dimiserunt, facturum penitus se quod iussum fuerat pollicentem. Qui conversus doloribus astringebatur, tamquam vere percussus livorem habebat, voluntati martyrum testimonium perhibentem; unde surgens statim communicavit, doloresque tormentorum deposuit, et verae fidei gratia illuminatus anima, benignos de cetero sanctos possedit. Porro volen-

Digitized by Google

καὶ πλειόνων ἄλλων μνήμην ποιήσασθαι μαρτυρικοῖς κεκοινωνηκότων προσ[τάγ]μασιν, καὶ μαθόντων τῆς πίστεως τὴν ἀλήθειαν, τοῖς λεχθεῖσιν μόνοις ἀρκούμεθα ἵνα μηδεὶς ἡμᾶς ὑποπτεύσειεν πίστεως ἕνεκα γεγραφῆναι τῶν ἁγίων τὰ θαύματα· ἐνταῦθα [γὰ]ρ καὶ τὴν περὶ Πέτρου καὶ Μηνᾶ τοῦ νοταρίου διήγησιν συμπεράσαντες, καὶ τοὺς ἁγίους ὑμνήσαντες, πρὸς ἄλλην διήγησιν ἔνθεον ἔλθωμεν.

μ. ΠΕΡΙ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΜΝΗΜΑΤΙΤΟΥ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΟΥΣ ΝΕΦΡΟΥΣ ΠΑΣΧΟΝΤΟΣ.

Οὐκ ἄτοπον ὡς οἶμαι καθέστηκε καὶ Ἰωάννην παραθέσθαι τῷ γράμματι τὸν μνηματίτην

tes aliorum quoque mentionem plurimorum facere, qui martyricis communicavere praeceptis, fideique didicere veritatem, solis quae dicta sunt sumus contenti, ut nemo nos suspicetur fidei tantum causa, sanctorum scripsisse miracula. Hic ergo et de Petro ac Menna notario, narrationem terminantes, et sanctos hymnis solitis efferentes, ad aliam divinitus inspiratam relationem veniamus.

40. DE IOHANNE MNEMATITA SANCTORUM QUI RENUM PATIEBATUR DOLOREM.

Non inconveniens, ut arbitror, est Iohannem etiam huic commendare scripturae, qui mnema-

Digitized by Google

ἐπιλεγόμενον, ὡς τῆς θεραπείας τοῦ τῶν ἁγίων προϊστάμενον μνήματος, ἐπειδὴ τὰ κατὰ Πέτρον διηγούμενοι τὸν αἰγύπτιον, καὶ Μηνᾶν παρεθέμεθα τὸν νοτάριον, τὸν Χριστοδώρῳ καὶ τῇ τῶν ἁγίων οἰκονομίᾳ διακονούμενον, εἰ καὶ τὰ τῶν ὑπηρετούντων τοῖς μάρτυσι πρόσωπα, αἱ πίστεις καὶ τὰ γένη, καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς πραχθέντων θαυμάτων διελεῖν ἡμᾶς ἀπ' ἀλλήλων ἠνάγκασε, καίτοι συνάπτειν αὐτὰ βουλομένους καὶ σπεύδοντας.

Λιβὺς ὁ Ἰωάννης ἐτύγχανεν, καὶ Μαραιώτην ᾤκει τὸ πρότερον· ἀλλ' εἰς τὸ τῶν ἁγίων γενόμενος τέμενος, τρόπον τινὰ γένος ἠλλάξατο· Αἰγύπτου γὰρ τοῦτο μᾶλλον ἔστι πλησιέ-

tites nuncupabatur, eo quod monumento praeesset curationis sanctorum; mnema quippe monumentum interpretatur; qui tam Christodoro quam dispensationi ministrabat sanctorum, quoniam cum de Petro aegyptio referebamus Mennam etiam notarium apposuimus, licet martyribus ministrantium personas fides et genera miraculorum in eos patratorum nos ab invicem separare coëgerint, dum colligere illas vellemus et studeremus.

Libyus Iohannes erat, et apud Maraeoten primitus habitaverat, sed cum ad sanctorum venisset basilicam, genus modo quodam mutavit, haec enim est Aegypto propinquius. Porro transmigra-

Digitized by Google

στερος· τὸ δὲ τῆς μετοικήσεως αἴτιον, δαίμων ἦν ὡς λέγουσιν ἄγριος, ὃς ἐν αὐτῷ τὴν κατοικίαν ποιούμενος, ἀφόρητος ἦν διὰ πολλὴν ἀγριότητα· τούτου χάριν ὁ Ἰωάννης δεδεμένος ἀλύσεσιν πρὸς τοὺς μάρτυρας ἤγετο, ὅπως αὐτὸν ἐλεήσαντες τοῦ συνοικοῦντος λυτρώσωνται δαίμονος· ὃ καὶ θᾶττον πεπράχασιν· ἐκβαλόντες γὰρ εὐθὺς τὸ δαιμόνιον, τῆς τούτου μανίας διηνεκῆ δωροῦνται τὴν λύτρωσιν.

Ὁ δὲ ταύτης τυχὼν τῆς λυτρώσεως, τῶν σεσωκότων ἁγίων δοῦλον ἑαυτὸν ἀπεγράψατο, τῆς θεραπείας ἀξίαν ἐνδεικνύμενος εὔνοιαν, δι' ἣν καὶ μετανάστης ἐγένετο, καὶ τὴν πατρίδα λειπὼν, τὸ τῶν ἁγίων μαρτύριον ᾤκησεν· καὶ τοῦτο μὲν τῆς μετοικεσίας τὸ αἴτιον· μετὰ χρόνον

tionis auctor daemon erat ut ferunt agrestis, qui habitationem faciebat in ipso, et erat ob multam feritatem intolerabilis. Huius rei gratia Iohannes vinctus catenis ad martyras agebatur, siquo modo sui miserti, a daemone qui se tenebat, eriperent; quod et velociter peregerunt; eiecto enim confestim daemonio, ab huius insania continuam donant redemptionem.

At ille hanc adeptus, sanctorum qui se salvaverant semet servum ascripsit, curatione dignam ostendens benivolentiam, per quam et transmigrator effectus est, et patria derelicta, penes san-

Digitized by Google

δὲ πάνυ συχνὸν τοὺς νεφροὺς βαρέως ἐνόσησεν, καὶ ἡ νόσος ἦν ἀνυπόστατος· ποτὲ μὲν γὰρ πίπτων εἰς γῆν ἐκυλίετο, ποτὲ δὲ τῆς γῆς ἀνιστάμενος ἀνὰ τὸ τέμενος ἔθεε, καὶ βαρυφώνοις στεναγμασι πάντας τοὺς σὺν αὐτῷ διατρίβοντας ἐστέρει τῆς προσφιλοῦς ἀναπαύσεως, ἥτις αὐτοῖς ἠρεμίᾳ προσγινέσθαι πέφυκεν, καὶ τάχα συγγνώμης ἐτύγχανεν ἄξιος, οὕτως σφοδρῶς ὀδυνώμενος· τῶν μὲν γὰρ ἄλλων παθῶν ἴσως τίς τῆς ὀδύνης στοχάσαιτο, νεφρῶν δὲ πόνον εἰπεῖν καὶ ἄλγος ἀνήκαστον τῶν οὐ πεπονθότων οὐδεὶς, μόνοι δὲ γιγνώσκουσιν οἱ νοσήσαντες· κινδυνεύων οὖν οὕτως ὡς ἔφημεν Ἰωάννης σφοδρότατα, τά-

ctorum habitavit martyrium. Et haec quidem fuit huius causa transmigrationis. Post tempus autem admodum breve, renum languorem graviter incidit, et languor erat intolerabilis: etenim aliquando cadens in terram volutabatur, aliquando vero a terra erectus per basilicam discurrebat, gravibusque vocibus et gemitibus omnes qui in ea morabantur requie privabat amata, quae illis ad quietem proficere solet. Et forte venia dignus erat tam valide dolens: nam aliarum quidem passionum dolor fortasse quis quam sit vehemens advertit; renum autem dolorem et cruciatum, fateor, nemo qui passus non est conicere potest, cum hoc solummodo qui horum languorem passi sunt, sciant.

Digitized by Google

χα ἂν συντονωτέρας ἔτυχε τῆς ἰάσεως, εἰ σὺν μακροθυμίᾳ τοὺς ἁγίους ἱκέτευε.

Καλὸν δὲ εἰπεῖν ὅπως καὶ τοῦτο διαφύγῃ τὸ νόσημα· ἔστι γὰρ ὁ τρόπος χάριτος ἔμπλεος· ἰατρίσκός τις τοῦτον ἰδὼν χαλεπῶς ὀδυνώμενον, καὶ τῆς ὑγείας διακαῶς ὀρεγόμενον, τρία δός μοι, πρὸς αὐτὸν ἔφη, νομίσματα, κἀγώ σοι δι' ἀντιδότου παρέχω τὴν ἴασιν· ὁ δὲ φυγεῖν σπουδάζων τὴν βάσανον, τὸ χρυσίον προθύμως ἐπέδωκεν· καὶ λαβὼν ἐτήρει τὸ φάρμακον, ἵνα πρὸς ὄρθρον αὐτὸ διὰ στόματος δέξηται· καὶ κατ' ἐκείνην τὴν νύκτα κοιμώμενος, παρεστῶτας αὐτῷ βλέπει τοὺς μάρτυρας, καὶ τὴν ἀπιστίαν τὴν πρὸς αὐτοὺς ὀνειδίζοντας, καὶ τῶν εἰς αὐ-

Cum ergo Iohannes tam, ut diximus, valide periclitaretur, fortasse sanitatem magis concitam impetrasset, si sanctos longanimiter flagitasset.

Bonum autem est ut dicatur quo et hunc modo languorem effugerit, est enim modus gratia plenus. Mediculus quidam hunc saevo videns dolore fatigatum, et sanitatem ardentissime desiderantem, tres, dixit ad eum, da mihi nummos, et ego tibi per antidotum sanitatem praestabo. At ille fugere volens supplicium, aurum alacriter tradidit, et accepto medicamine, observabat quatinus illud per os diluculo sumeret. Et eadem nocte dormiens sibi martyras videt astantes, et in-

Digitized by Google

τὸν διαφόρως γενομένων ἰάσεων ἀναμιμνήσκοντας· οὐ μόνον γὰρ αὐτὸν δαίμονος ἦσαν λυτρωσάμενοι, ἀλλὰ καὶ τοῦ τῆς ποδάγρας ἀνιάτου νοσήματος, καὶ μυρίων ἄλλων παθῶν ἰδικοῦ δεομένων συντάγματος, εἰ γράφειν αὐτὰ τίς τὸ καθ' ἓν ἐθελήσειεν· περὶ ὧν ὑπομνήσαντες πάντων αὐτὸν οἱ καλλίνικοι, καὶ μάλα κομψῶς ἐγκαλέσαντες τὸ ἄθιστον, τὸ ἀμνημόνευτον, τὸ ἀχάριστον, καὶ εἴ τι τούτοις ἐστὶ παραπλήσιον· τέλος ἐν εἰρωνείᾳ τὸν λόγον ποιούμενοι, τί φασιν ἡμῖν εἰ παρέσχες τὰ τρία νομίσματα, οὐκ εἴχομεν παρασχεῖν σοι τὴν ἴασιν; τοὺς αὐτοὺς λόγους ἀπαραλλάκτως φθεγξάμενοι, οἷς πρὸς αὐτὸν ὁ καλὸς ἐκεῖνος ἰατρίσκος ἐχρήσατο· πλὴν

fidelitati quam in illos ostenderat exprobrantes, et sanitatum quas in eum diverso modo gesserant recordantes. Non enim hunc tantum a daemonio liberaverant, sed et ab insanabili languore podagrae, milleque aliis passionibus quae proprio egerent commento, si per singulas quisquam has vellet describere. Quae omnia boni victores ad eius memoriam reducentes, et incredulitatem comptissime accusantes, et quod bonorum fuerit immemor et ingratus, et si quid est istis simile; postremo per ironiam sermonem facientes, nonne si nobis, inquiunt, tres illos nummos tribuisses, haberemus tibi tribuere sanitatem? eisdem im-



Digitized by Google

ἄπελθε λέγουσι, καὶ ὅσα τῷ ἰατρῷ προσεκόμισας τῷ δεδωκότι σοι τὴν ἀντίδοτον, καὶ τῷ ἡμετέρῳ γαζοφυλακίῳ προσένεγκε, καὶ ἡμεῖς σοι μᾶλλον τὴν θεραπείαν ὀρέγομεν· αὐτοὶ μὲν οὖν ταῦτα λέξαντες ᾤχοντο· ὁ δὲ ταχύτερον ἀναστὰς τὰ τρία προσφέρει νομίσματα, καὶ οὕτω τὴν ῥῶσιν κομίζεται, ἣν πρὸς τῶν ἁγίων δεξάμενος, οὐκέτι τῶν νεφρῶν ἀῤῥωστίαν ὑπέμεινεν· ἡμεῖς δὲ τὸν περὶ αὐτὸν λόγον ἐνταῦθα πληρώσαντες, καὶ τῶν ἁγίων τὸ κλέος δοξάσαντες, πρὸς ἰαθείσης γλώττης διήγησιν τὴν ἡμετέραν γλώττην ὀτρύνωμεν.

mutabiliter verbis affati, quibus ille bonus mediculus usus est. Verumtamen vade, dicunt, et quotquot medico qui dedit tibi antidotum attulisti, nostro etiam gazophylacio affer, et nos potius tibi porrigimus sanitatem. Itaque ipsi cum haec dixissent, recesserunt. Ille vero velocius surgens, tria illa offert numismata, et sic incolumitatem consequitur. Quam cum a sanctis accepisset, ulterius renum nequaquam infirmitatem sustinuit. Nos autem sermonem hîc de illo consummantes, sanctorumque claritatem glorificantes, ad sanatae linguae linguam nostram incitemus narrationem.

Digitized by Google

μα. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΙΔΙΟΥ ΜΗΝΑ ΤΟΥ ΕΞΩ ΤΗΝ ΓΛΩΤΤΑΝ ΚΡΕΜΑΜΕΝΗΝ ΤΟΥ ΣΤΟΜΑΤΟΣ ΕΧΟΝΤΟΣ.

Τὸ παρὸν τοῦτο τεράστιον μέγιστον ὂν ἐν τοῖς θαύμασι, καὶ γλώττης ἐδέετο μείζονος, οὐ πλήθει σαρκὸς ἐχούσης μέγεθος, ἀλλ' εὐποιΐᾳ καὶ λόγων εὐρύτητι, ὧν ἡμεῖς οὐ μετρίως χηρεύομεν, ὡς ἐκ τῶν προλαβόντων δεδήλωται· ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῦτο λέγειν ἡμᾶς οἱ μάρτυρες ἔκριναν, λέξωμεν καὶ αὐτὸ, ὡς αὐτοὶ τὸ λέγειν ὀρέξωσιν· γύναιον οὐ πρὸ πολλοῦ καιροῦ τὸν νεὼν τῶν ἁγίων καθεῖλκε· Μαρία μὲν τοὔνομα, τῆς Αἰγύπτου δὲ Βαβυλῶνος ὁρμώμενον· καὶ μειράκιον ἔχουσα ἐτῶν ὀκτὼ πλεῖον ἢ ἔλατ-

41. DE PUERO MENNA QUI LINGUAM EXTRA OS PENDENTEM HABEBAT.

Praesens hoc prodigium cum sit inter miracula maximum, et lingua quoque opus haberet maiori, non carnis multitudine, sed loquentia latitudineque sermonum; quibus nos non mediocriter destituimur, quemadmodum ex his quae praecesserunt datur intelligi. Quia vero et hoc nos dicere martyres iudicaverunt, dicemus et ipsum, sicut dicere ipsi porrexerint. Mulier ante non multum temporis ad sanctorum venit basilicam, Maria nomine, ex Aegypti Babylone oriunda, et puerum habens quasi annorum plus minus octo, et

Digitized by Google

τον καὶ τοῦτον Μηνᾶν προσηγόρευε, πρὸς τιμὴν δηλονότι τοῦ μάρτυρος οὕτω τὸ παιδίον καλέσασα.

Μηνᾶς οὖν τὸ μειράκιον τὴν γλῶτταν εἶχεν ἔξω κρεμαμένην τοῦ στόματος, εἴδει καὶ μεγέθει τῶν ἀνθρωπίνων γλωττῶν πολὺ διαφέρουσαν· ἐπὶ στιθαμὴν γὰρ μίαν ἔξω χειλέων αἰώρητο, καὶ πάντα τὸν πώγωνα καὶ τὸν γάργαρον ἔσκεπε, ὑπήνης δίκην βαθείας ὑπάρχουσα· τὸ δὲ χρῶμα τὸ ἐρυθρὸν μεταλλάξασα, μετὰ μελάνσεώς τινος ἐπορφύριζε, ξένον προκειμένη καὶ δυσειδέστατον θέαμα, καὶ πάντας κινοῦσα τοὺς βλέποντας πρὸς ναυτίαν ὁμοῦ καὶ συμπάθειαν καὶ πρὸς ἀφόρητον ἔμετον· ἀεὶ γὰρ λιβάδος δίκην τοῖς σιαλοῖς καταστάζουσα, καὶ

hunc Mennam appellabat, ad honorem scilicet martyris ita pueram vocans.

Mennas ergo puer linguam habebat exterius ab ore pendentem, humanarumque linguarum, specie multum et magnitudine differentem; palmo enim extra labia porrigebatur, et totam barbam et guttur operiebat, et istar alti et pilosi superioris labii facta, colorem rubrum cum quodam atro, alterna vice commutans purpurizabat. Extraneum et nimis deforme spectaculum posita, cunctosque monens qui videbant ad nausiam simul et compassionem, atque intolerabilem vomi-

Digitized by Google

τὸν πτυελὸν ἀεννάως προχέουσα τὸ Ϭ' ἱμάτιον ἔβρεχε καὶ τὸν θώρακα, καὶ τοῦτο τῆς οἰκείας μετεδίδου μελάνσεως, κοινωνὸν αὐτὸ ποιουμένη τοῦ χρώματος· ὡς πολλοὺς μὲν ἐντεῦθεν μηδὲ ὁρᾶν τὸ παιδίον δύνασθαι· ἀλλ' εἰ καὶ συνέβη γενέσθαι συνάντησιν, σκέπτειν αὐτοὺς τὰ τοῦ σώματος ὄμματα, καὶ στρέφειν αὐτῶν εἰς τοὐπίσω τὰ πρόσωπα, ἵνα μὴ παρὰ γνώμην τὸν σὶόμαχον διασπραφέντες ἐμέσωσιν· πολλοὺς δὲ τοὺς βλέπειν αὐτὸ καὶ πρὸς βραχὺ γοῦν ἰσχύοντας, τὸ τοῦ πάθους ἐνορῶντας ὑπέρογκον τὴν παρὰ τοῦ σωτῆρος ἐπὶ τῷ προδότῃ λεχθεῖσαν ἀφιέναι φωνὴν, καὶ ἐπὶ τοῦτο βοᾶν, ὅτι καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος· τι-

tum; semper enim fontis more salivas distillans, et sputum iugiter fundens, vestimentum rigabat et pectus, et huic ex propria impertiebatur nigredine, communicatorem eum coloris efficiens; ita ut hinc multi nec videre puerulum possent, sed et si accurrere contigisset, sui operirent corporis oculos, et facies suas converterent, ne praeter voluntatem viso illo, praeter voluntatem perverso stomacho vomuissent. Multi autem ex his qui videre hunc saltem ad modicum poterant, cum aspicerent magnitudinem passionis, vocem super hoc emittebant, quae a Salvatore super proditore dicta est, huiuscemodi clamans, quia bonum erat

Digitized by Google

νὰς δὲ ταύτῃ προσῖθέναι καὶ τὴν περὶ τοῦ τυφλοῦ γεννηθέντος ἀποσ̃τολικὴν ἐπερώτησιν, τὸ, τίς ἆρα ἥμαρτεν, οὗτος ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵν' οὕτως γέννηται;

Καὶ εἰ μὴ τὸ παιδίον τυφλὸν ἐτύγχανεν, μηδ' οὕτως μητρῴας νηδῦον ἐξέθωρεν· ἀλλὰ νυκτὸς ὡς ἐκάθευδεν, δαίμων τίς ἀλιτήριος πολὺ νόσων τὸ μισάνθρωπον, τῆς τούτου γλώττης δραξάμενος τῆς οἰκείας ἑστίας ἐξέσπασεν· καὶ πλήξας ἀφειδῶς ὁ παμμίαρος, καὶ μείζονα ταύτης ταῖς πληγαῖς ἐργασάμενος, ἔξω κρέμασθαι καὶ μὴ χωρεῖσθαι τοῖς ἔνδον πεποίηκε· οὐ μόνον γὰρ αὐτῷ τὸ δυσειδὲς ἐπεφαίνετο, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ζωῆς ἤνθει τῆς παρούσης ἐπόδυ-

ei si natus non fuisset homo iste. Quidam autem huic et interrogationem addebant, quae de caeco nato ab apostolis facta est: quis, putas, peccavit, hic an parentes eius, ut sic caecus nasceretur? Et nisi filius caecus esset, non sic materna prodiisset ex vulva. Sed noctu cum dormiret, daemon quidam noxius multa circa homines languens invidia, cum huius linguam comprehendisset, a propria habitatione abstraxit, et perstringens sine parcitate ille foedissimus, maiorem hanc plagis operatus est, forisque pendere et non separari ab interioribus fecit. Non solum enim super eum deformitas apparebat, sed et dolor vitae praesentis

Digitized by Google

νον· τροφῆς μὲν γὰρ στερεᾶς παντοίως ἐστέρητο, μὴ δυναμένων ἔτι τῶν ὀδόντων ταύτην λεαίνειν ὥσπερ εἰώθησαν, διὰ τὴν τῆς γλώττης ἐξοχὴν καὶ παραύξησιν, ὑγρᾶς δὲ μόλις καὶ ῥοώδους ἐγεύετο βρώσεως, μηχανῇ τινὶ τῆς μητρὸς τὴν γλῶτταν εἰργούσης, καὶ ταύτην ἐγχεούσης τῷ στόματι· καὶ τοῦτο μὲν ἦν τοῦ παιδὸς τὸ ἀῤῥώστημα, ὃ μηδεὶς ὡς οἶμαι τῶν ἀνθρώπων ὑπέμεινεν, μηδὲ παθόντος ἄλλου τεθέαται, εἰ καὶ τὰ μάλιστα μηδὲν ὑπὸ τὸν ἥλιον εἶναι καινόν τε καὶ πρόσφατον ὁ σοφὸς ἐκκλησιαστὴς ἀπεφήνατο.

Πολλοὶ γοῦν παῖδες αὐτὸ τῶν ἰατρῶν ἐθεάσαντο, καὶ τούτων ἴδον οἱ προύχοντες, καὶ

florebat: solido quippe cibo prorsus carebat, non valentibus hunc ullo modo dentibus more solito comminuere, propter linguae supereminentiam et improbum incrementum. Humidam vero et sorbibilem tanntummodo gustabat escam, ingenio quodam matre linguam arcente, et escam ipsam in os effundente. Et hic quidem pueri languor erat, quem nullus ut reor hominum sustinuit, sed nec pati alium contemplatus est, quamvis nihil sub sole novum esse vel recens, ecclesiastes sapiens perhibuerit.

Multi igitur hunc discipuli medicorum viderunt, et horum intuiti sunt praeceptores, et pro tanta

Digitized by Google

πρὸς τὸ πάθος εὐθὺς ἐκπληττόμενοι, μόνον ἅπαντες τὰς ὄψεις στύπτοντες ἔφυγον, μηκέτι δρᾶσαι γιγνώσκοντες, μήτε εὑρεῖν ἐν τοῖς τῶν ἀρχαίων ἀσκληπιάδων συγγράμμασι· Κῦρος δὲ καὶ Ἰωάννης οἱ μάρτυρες οἱ θεόθεν τὰς ἰάσεις προφέροντες, τὴν παροῦσαν ἰδόντες ἀσθένειαν, οὐδὲν τοιοῦτο δεδράκασιν, οὐδὲ πρὸς τὴν θέαν αὐτὴν ἐξεπλάγησαν, οὐδὲ ὡς δυσχερῆ παρῃτήσαντο, οὐδὲ μὴ γεγράφθαι ταύτης τὸ φάρμακον παρὰ θεῷ τῷ πάντων ἰατρῷ διεκήρυξαν· ἀκριβῶς γὰρ ἠπίσταντο, ὡς πάντα ὅσα ἐθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις, καὶ ὡς τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυ-

passione stupefacti omnes, tantum percutientes facies, fugiebant; neque quid huiusmodi factum scientes, neque audisse se numquam tale iurantes, sed nec invenisse se in antiquorum conscriptionibus medicorum. Cyrus autem et Iohannes martyres sanitates divinitus proferentes, praesenti visa infirmitate, nihil tale gesserunt, neque ad visionem ipsam obstupuerunt, neque ut quid difficile recusarunt, sed neque huius medelam scriptam non esse apud Deum cunctorum medicum praedicarunt. Certissime namque noverant, quod omnia quaecumque voluit Dominus fecit in caelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis; et

Digitized by Google

γατὰ παρὰ θεῷ κάθεστήκασιν, καὶ ὡς πάντα ἐλεεῖ, ὅτι πάντα καθὰ ὁ Ἰὼβ ἔφησε δύναται· καὶ ὡς ὁ μελῳδὸς Δαβὶδ ἐν ψαλμοῖς ἐμελῴδησεν, οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ πλουσίως ἐκχύνονται· ὅθεν τὸν ἀσθενοῦντα δεξάμενοι, φιλοφροσύνης μὲν πρῶτον ἠξίωσαν, εἶτα καὶ θαρσεῖν τὴν τούτου τροφὸν παρεσκεύασαν, σκοπουμένην αὐτῶν τὰ παράδοξα· χρόνον δὲ βραχὺν ἀναμείναντες οὐ τὴν θεραπείαν σκεπτόμενοι, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ τοιοῦτο πρᾶγμα θαυμάσιον εἰς ὀλίγους κομιδῇ καὶ λίαν ἀριθμουμένους ἀφίκοιτο, ἐμφανέστερον δὲ μᾶλλον τοῖς πλείοσι καὶ γνωριμώτερον γένοιτο· καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ τοῦ τῆς ἰάσεως τρόπου καθέστη-

quod impossibilia apud homines, possibilia sunt apud Deum; et quod omnium miseratur, quia omnia, ut Iob asserit, potest. Et sicut modulator David in psalmis est modulatus, miserationes eius opime funduntur. Unde infirmum primo quidem liberaliter susceperunt, deinde vero etiam nutrici fiduciam praestiterunt, eorum contemplanti miracula. Cumque brevi tempore praestolati fuissent, non super curatione ambigentes, sed ne tam mirandum negotium ad valde paucos, et qui possent facile numerari pertingeret, immo ut manifestius pluribus et magis cognitum fieret. Et hoc perspicuum a sanationis modo consistit. Non enim

Digitized by Google

κειν· οὐ γὰρ τόδε ποιεῖν δι' ὁράματος, ἢ τόδε προσέταξαν ὡς ἔθος αὐτοῖς διαπράττεσθαι, ἀλλ' ὅτε ῥωσθῆναι τὸ παιδίον ἐδόκησαν, οὕτως ἐπράχθη φανερῶς τὰ τῆς ῥώσεως.

Μεσούσης τῆς ἡμέρας μεθ' ἡλίκων τινῶν τὸ μειράκιον πρὸ τοῦ τῶν ἁγίων ἔπαιζε μνήματος· καὶ ὅπερ φιλεῖ συμβαίνειν ἐν τοῖς παίδων ἀθύρμασιν, ποτὲ μὲν αὐτὸς ἑτέρους πρὸς ἔδαφος ἔφερεν, ποτὲ δὲ τοῦτον ἄλλοι κατέβαλλον· πεσόντος οὖν αὐτοῦ, καὶ τοῖς μαρμάροις προσενεγκάσης τῆς ὄψεως, τούτων ἡ γλῶττα προσήψατο· καὶ μόνον ὡς ἔθιξεν, ὡς ἐκ τινὸς διωκομένη καὶ φεύγουσα, πρὸς ὅπερ ἦν ἐν ἀρχαῖς συνεστέλλετο, καὶ τὰ ἴδια μέτρα τὰ πρὸ τοῦ πά-

hoc facere per somnium vel hoc, ut moris erat eis agendi, iusserunt; sed quando incolumem reddere puerum decreverunt, sic gesta sunt quae ad sanitatem pertinere liquido claruerunt.

Mediante die, cum quibusdam coaetaneis puer ante sanctorum monumentum ludebat; et quod contigere inter ludos puerorum assolet, aliquando quidem ipse alios in terram sternebat, aliquando vero hunc alii deiciebant. Ergo eo cadente et marmoribus faciei illius allisa, haec eius attigit lingua. Et ut solummodo tacta est, quasi a quoquam persecutionem passa, et fuga lapsa, ad id quod in principiis erat subterfugit, et mensuram suam

Digitized by Google

θους ἐδέχετο, καὶ τὴν εὔχροιαν εὐθὺς ἀναλάμβανεν, τὸ δυσειδὲς ἐκεῖνο χρῶμα καὶ σχῆμα καὶ μέγεθος τὰ πολυσαρκίᾳ βριθόμενον ῥίψασα· καὶ ἡ τῶν ὀδόντων ἀκουσίως ἔξω προκύπτουσα, τὴν τοιαύτην ἀθρῶον λαθοῦσα συνήθειαν, οὐδ' ἑκουσίως προκύπτειν ἠνίσχετο, ἀλλ' εἴσω χειλέων ὡς ἐν οἰκείᾳ παστάδι καθίσασα, καὶ κόσμον ἀναλαβοῦσα τὸν πρότερον, καὶ ποιουμένη κατὰ φύσιν ἑαυτῆς τὴν ἐνέργειαν, ἀγνώριστον ἐδείκνυ τοῖς πρὸ βραχέως ὁρῶσι σχεδὸν τὸ μειράκιον· τούτου γὰρ γεγονότος τοῦ θαύματος, βοὴ διαπρύσιος πρὸς τῶν ἀθυρόντων παιδίων ἐγένετο, καὶ τοὺς ἐν τῷ ναῷ πάντας ἐπὶ τὴν θέαν συνήθροιζεν, οἳ πρὸς τὸ πραχθὲν ἐκπλαγέντες τε-

quam ante passionem habuerat, extemplo recepit, et bonum colorem confestim resumpsit, deformi illo exploso, ac forma seu magnitudine quae multis carnibus gravabatur abiecta. Et quae laine voluntate foras extra dentes eminebat, huiusmodi repente oblitterata consuetudine, nec voluntarie prominere patiebatur, sed intra labia sicut in proprio locata thalamo, priorem ornatum resumpsit. Et cum faceret secundum naturam operationem suam, incognitus ostendebatur propemodum puer his qui hunc ante paululum viderant. Hoc autem miraculo facto, clamor ingens ab his qui simul iocabantur pueris exsurgebat, et omnes qui in

Digitized by Google

ράστιον, καὶ τοὺς ἁγίους ἀνύμνησαν, κἀκείνην τὴν φωνὴν τὴν ἐν εὐαγγελίοις κειμένην περὶ τῶν τοῦ σωτῆρος πράξεων μεγαλοφώνως ἀνέπεμπον, εἴδομεν λέγοντες παράδοξα σήμερον· καὶ Χριστὸν αὐτὸν τὸν δι' αὐτῶν πεπραχότα τὸ θαῦμα εὐχαριστοῦντες ἐδόξαζον· καὶ περὶ τῆς ῥώσεως πάντες ἐγένοντο τῶν οἰκείων παθημάτων εὐέλπιδες· ἡμεῖς δὲ παραδόξων ἀκροαταὶ γενόμενοι σήμερον, καὶ τοὺς τούτων ἐργάτας ἀξίως ὑμνήσαντες, παραδόξων ἄλλων γινώμεθα κήρυκες.

μβ. ΠΕΡΙ ΕΥΓΕΝΙΟΥ ΤΟΥ ΓΕΩΜΕΤΡΟΥ ΥΔΡΟΠΙΑΣΑΝΤΟΣ.

Ἐξ ἀρούρας ἡμῖν ὁ γεωμέτρης ἦλθεν Εὐγέ-

templo erant ad visionem conveniebant, qui ad patratum consternati prodigium, et sanctos laudibus extulerunt, et positam in evangeliis de Salvatoris actibus vocem, magna vociferatione miserunt: vidimus, dicentes, mirabilia hodie; Christumque ipsum, qui per eosdem sanctos miraculum gesserat, glorificabant, et bene de sanitate propriarum passionum sperabant. Porro nos mirabilium hodie auditores effecti, horumque operariis dignis hymnis elatis, aliorum mirabilium efficiamur praecones.

42. DE EUGENIO GEOMETRA HYDROPICO.

De rure nobis geometra venit Eugenius, qui

Digitized by Google

νιος, πᾶσαν μὲν μετρησάμενος ἄρουραν, ἑαυτοῦ δὲ τὴν γαστέρα μετρεῖν οὐ δυνάμενος, ἔκ τινος ὑγρᾶς οὐσίας εἰς αὐτὴν ἀθροιζομένης αὐξήσασαν, καὶ μιμουμένην οὐκ ἀρουραῖον εὐμέτρητον μέγεθος, ἀλλ' ὄρεσιν ἐοικὸς δυσέφικτον ὕψωμα, ταῖς ὑπερόγκοις καὶ μεγίσταις οἰδήσεσι· μεμετρημέναις δὲ χρῆται δεήσεσιν, συμμετρεῖσθαι τοῖς θαύμασι τῶν ἁγίων βουλόμενος· μεγάλην γὰρ εἶναι τὴν ἀξίαν ἡγούμενος, διὰ τοῦτο ταύτης ἀξιοῦσθαι προείρηται· ἐν ταυτῷ δὲ καὶ ὅπως ἔχει παιδεύσεως ἐνδεικνύμενος, ἕκτον ἑαυτὸν ἐν ταῖς αἰγυπτίων καὶ λιβύων ἤγαγε διηγήσεσιν, τοῦ λεχθέντος ἀριθμοῦ θαυμάζων τὸ τέλειον· καὶ διὰ τοῦτο τοῦτον σπουδήσας κλη-

omne quidem mensus est arvum, ventrem autem suum metiri non potuit, qui ex quadam humida in se collecta substantia creverat, non imitatus ruralem et numerabilem magnitudinem, sed incomprehensibilem, et mole maximoque tumore factam montibus similem celsitudinem. Demensis autem precibus utitur, inter sanctorum volens numerari miracula; magnam quippe hoc esse dignitatem existimans, idcirco ut hac fieret dignus proposuit. In hoc ipso autem et qualiter se haberet correptio demonstrans, sextum se se inter Aegyptiorum adduxit et Libyorum narrationes, praedicti numeri perfectionem admirans, et hunc

Digitized by Google

ρώσασθαι· ὅθεν ἡμεῖς τοῦ τε πόθου καὶ τῆς παιδείας αὐτὸν ἀγασάμενοι, τὴν αἴτησιν δράσωμεν.

Γεωμέτρης ἦν ὡς ἔφην Εὐγένιος, τὸ γένος αἰγύπτιος· οὕτως ὑδροποσίᾳ πολλῇ διὰ τὴν τῶν θερμῶν ἀέρων ἐπάχθειαν χρώμενος, εἰς νόσον βαρυτάτην εἰσπέπτωκεν, ἥτις πολὺ τῆς οἰκείας ἐνδοῦσα σφοδρότητος, εἰς ὕδερον μέγιστον τὸ σμικρὸν ἐκεῖνο μετέβαλεν ἔλειμμα· καὶ τοῦτο γὰρ ἔχων Εὐγένιος, τῆς τῶν ὑδάτων οὐκ ἔληγε πόσεως· ἕως οὗ κατ' ὀλίγον ὀγκούμενος, ἀκίνητος ἔμεινεν, καὶ μᾶλλον κατέκειτο, τὰ μεγάλα κήτη καὶ τοὺς μεγάλους μιμούμενος δράκοντας, οἳ σωμάτων ὄγκῳ καὶ μεγέθει βαρούμενοι, εἰς τὰ πρόσω χωρεῖν οὐκ ἰσχύουσιν· ἀλλ'

propterea suscipere sorte festinans; unde nos tam desiderii quam disciplinae hunc admirantes, preces agamus.

Geometra, ut diximus, erat Eugenius, aegyptius genere. Hic aquarum potatione multarum ob calidorum aërum molestiam usus, languorem gravissimum incidit, qui valde suam expandens virtutem, in hydropem maximam minimum illud residuum transtulit. Nam et hoc habens Eugenius, nec sic ab aquarum potatione cessabat; quousque ventre tumescente paulatim iaceret inmobilis, cete grandia et magnos imitatus dracones, qui corporum mole magnitudineque gravati, in-

Digitized by Google

οὐδὲ τότε τῆς τῶν ὑδάτων ἐπαύετο πόσεως· ὅθεν πάσης αὐξήσεως ἀρχὴν ἐχούσης τὴν κίνησιν, ὡς οἱ ταῦτα δεινοὶ δογματίζουσιν, αὐτὸς ηὔξε, καὶ μηδ' ὅλως κινούμενος τὴν φύσιν αὐτὴν, καὶ τὸ τούτων παραλογιζόμενος θέσπισμα· λέγειν δὲ πάλιν καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ νοσήματος τῶν ἰατρῶν τὴν ἀσθένειαν ὡς πᾶσιν οὖσαν εὐσύνοπτον παραιτήσομαι· δήλη γὰρ αὕτη καθέστηκεν, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν· οὐκοῦν ταύτην σιγῇ παρελάσαντες, τὴν Ἰωάννου καὶ Κύρου τῶν ἀληθινῶν ἰατρῶν λέξωμεν δύναμιν· ὅσον γὰρ ἡ τῶν προλαβόντων ἀσθένεια σιγῆς ἀξία γεγένηται, τοσαύτη τούτων ἡ δύναμις μεγαλοφώνως κηρύττεται· ἐπεὶ κἀκείνους Εὐγένιος μετὰ πεῖραν πολ-

cedere in anteriora non valent. Verum non tunc ab aquarum potu quiescebat: unde cum omne incrementum motum habeat principium, sicut horum periti dogmatizant, ipse crescebat nullatenus motus, natura etiam ipsa horum fallente sententiam. Porro dicere iterum et in hoc languore medicorum infirmitatem, cum omnibus sit perspicua, recusabo; haec enim certa est, licet nos taceamus. Ergo hanc silentio praetereuntes, Iohannis et Cyri verorum medicorum virtutem fatebimur: quantum enim praecedentium infirmitas facta est silentio digna, tantum horum virtus magnisone praedicatur. Nam et illis Eugenius post

Digitized by Google

λὴν ὡς ἀσθενεῖς παρωσάμενος, τούτους ὡς δυνατοὺς ἐκ μόνης ἀκοῆς ἐπελέξατο.

Ἐλθὼν οὖν ἐπὶ τὸ τῶν ἁγίων ἰατρεῖον, τὸ πάσης ἀκηδίας καὶ παντοίων παθῶν ἀλεξίκακον, καὶ πεῖρᾳ μεμάθηκεν ὃ δι' ἀκοῆς πρὸ τοῦ πάθους ἐγίγνωσκε· καὶ καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως καὶ ἴδομεν, σὺν τῷ μελῳδῷ διαπρυσίως ἐκήρυττεν· κατ' αὐτὴν γὰρ εὐθέως τὴν νύκτα, τὴν μεθ' ἡμέραν ἐν ᾗ παρεγένετο, πρὸ τοῦ τάφου τῶν ἁγίων κοιμώμενος, τούτους βλέπει προϊόντας τοὺς μάρτυρας, καὶ πρὸς αὐτὸν ἤκουε λέγοντας· ἀνάστὰς ἐντεῦθεν Εὐγένιε πρὸς τὴν σὴν ἑστίαν ἀπόδραμε· ἰδοὺ γάρ σε δι' ἡμῶν ὁ Χριστὸς ἐθεράπευσεν, καὶ τὴν νόσον ἧς ἕνεκα πρὸς

multam experientiam tamquam infirmis depulsis, hos ex solo auditu veluti potentes elegit.

Itaque cum venisset ad sanctorum remedium capessendum, quod omne taedium et diversas passiones abigebat, experimento didicit, quod auditu ante passionem cognoverat. Et sicut audivimus, ita et vidimus, cum modulatore altisone praedicabat. Eadem quippe continuo nocte, post diem qua venerat, cum ante sepulchrum sanctorum dormiret, hos videt procedere martyras, et dicere sibi audivit: surge hinc, Eugeni, ad tuamque domum regredere: ecce enim te per nos Christus curavit, et languorem, propter quem ad nos

Digitized by Google

ἡμᾶς ἦλθες ἰάσατο· ἐγερθεὶς οὖν πορεύου πρὸς ἀφεδρῶνας ὡς τάχιστα, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν σοὶ συναχθεῖσαν ὕλην ἀπόβαλε· καὶ ταῦτα λέγοντες, τῆς τοῦ νοσοῦντος κοιλίας προσέψαυον, ὡς δῆθεν αὐτὸν καταψήχοντες, τῷ δ' ἀληθεῖ τὴν ἐκβολὴν δημιουργοῦντες τοῖς ὕδασιν.

Τοῦτο δρώντων αὐτῶν ὡς μεθ' ὕπνον, ταυτὸν δὲ καὶ μετὰ νόσον εἰπεῖν, Εὐγένιος ἔλεγεν, μέχρι γὰρ ὕπνου τὰ τῆς νόσου κεκράτηκε, γύναια τρία τῶν μαρτύρων ὄπισθεν ἔκραζεν· τίνος ἕνεκεν, ἅγιοι, ἡμεῖς μὲν χρόνον ἔχομεν ἐνθάδε καθήμεναι, καὶ ταῖς πληγαῖς ὀδυνώμεναι; τῶν γὰρ ἐκεῖσε κειμένων ἐτύγχανον, ὡς ταύτας ἐπέγνω μετ' ὄναρ ὁ ἀῤῥωστος, καὶ νοσημάτων οὔπω πε-

venisti, sanavit. Surgens ergo ad secessum quantocius propera; et faecem omnem quae in te collecta est, abice. Et cum haec dicerent, ventrem tetigerunt languentis, hunc quasi fricantes, sed in veritate morbum aegritudinis insequentes, et aquarum abiectionem salubriter operantes.

Cum autem hoc gererent, ut post somnium (id ipsum est si dicamus post languorem, usque ad somnum quippe se languor optinuit), ut Eugenius asserebat, mulieres tres clamabant post martyras: quamobrem, sancti, nos annum hic habemus sedentes, plagasque dolentes (ex illis enim erant quae illic iacebant, ut has post somnium recogno-



Digitized by Google

ταύμεθα, οὗτος δὲ χθὲς ἀφικόμενος, καὶ πάθει τηλικούτῳ κρατούμενος, σήμερον ἠξίωται ῥώσεως, καὶ χωρεῖν οἴκοι κελεύεται; πρὸς ἃς στραφέντες οἱ μάρτυρες, φησὶν, μετὰ πάσης ἀπελογοῦντο πραότητος· οὐχ ἡμεῖς, ὦ γύναια, τῆς ὑγείας τυγχάνομεν κύριοι, ἀλλὰ Χριστὸς ὁ προβολεύς τε καὶ πρύτανις· ἀφικνοῦνταί τινες μακροτέρας παιδείας δεόμενοι, καὶ πάλιν ἕτεροι θεραπευθῆναι θᾶττον ὀφείλοντες· ἡμεῖς γὰρ ὑπὲρ πάντων ὁμοίως τὰς ἱκετείας προσφέρομεν· καὶ ὃν ἂν πρὸς τοῦ δεσπότου θεοῦ καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ κελευσθείημεν, τοῦτον θεραπεύσαντες εὐθὺς ἀπολύομεν· τοῦτον οὖν καὶ ὑμεῖς σὺν ἡμῖν ἱκετεύσαντες, ἵνα τὴν χάριν παράσχοι τῶν

vit infirmus) et prae languoribus requiem non habemus, et iste qui heri venit, et passione tanta tenebatur, hodie sanitate dignus efficitur, et domum abire praecipitur? Ad quas martyres quasi conversi cum omni mansuetudine respondebant: non nos, o mulieres, sanitatis domini sumus, sed Christus qui est provisor et custos. Veniunt igitur hic quidam prolixioris castigationis egentes, et rursus alii curari cito debentes; nos enim similiter pro omnibus supplicationes offerimus, et quemcumque a dominatore Deo ac Salvatore nostro Iesu Christo iussi fuerimus curare, hunc sanatum confestim dimittimus. Hunc ergo et vos una no-

Digitized by Google

ὑμετέρων αἰτήσεων· καὶ εἰ σπλαγχνισθείη, καὶ μόνον κελεῦσαι καταξιώσειεν, ταχέως ἡμεῖς πληρωταὶ τῶν θείων αὐτοῦ θεσπισμάτων γιγνώμεθα· οὗ χωρὶς ἐπινεύσεως, οὔτε κρατεῖν οὔτε ἀπολύειν τοὺς πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένους δυνάμεθα· καὶ ταῦτα μὲν οἱ θεσπέσιοι μάρτυρες πρὸς τὰς γυναῖκας ἐφθέγξαντο.

Ὕπνου δὲ καὶ στρωμάτων ἀναστὰς ὁ Εὐγένιος, πρὸς ἀφαιδρῶνας ἐσπούδαζε, σπεύδειν αὐτὸν τῆς γαστρὸς πρὸς τὸ μαρτυρικὸν ἀναγκαζούσης ἐπίταγμα· καὶ ἐν τούτοις γενόμενος, ἅπασαν εὐθὺς τὴν ὕλην τὴν ἐν μιᾷ χρόνου στιγμῇ προσεκένωσε· καὶ ταύτην κενωθεὶς, ὡς εἰρήκαμεν, ὁ πάντων εἰσελθὼν ὅσον πρὸς εἶδος παχύ-

biscum exorate, ut gratiam vestrarum tribuat sanitatum; et si misericordia motus tantum fuerit iubere dignatus, celeres nos completores divinorum eius decretorum efficiemur, sine cuius nutu neque tenere neque dimittere ad nos venientes valemus. Et haec quidem egregii martyres ad mulieres illas affati sunt.

Cum autem a somno et stramentis surrexisset Eugenius, ad latrinas accelerabat, hunc accelerare ventre ad martyricum cogente praeceptum. Et cum ad has pervenisset, omnem continuo limum, qui in eo diutius fuerat, uno puncto temporis exinanivit. Et hoc, ut diximus, exinanito, qui omni-

Digitized by Google

τερος, πολὺ πολλῶν ἐξῆλθε τῶν ἀφαιδρώτων ἰσχνότερος· μᾶλλον δὲ καὶ ταῦθα σύμμετρος ὁ γεωμέτρης ἐξέθωρε· μόνον γὰρ τῆς γαστρὸς τὸν ὄγκον ἔσχεν ἀμέτρητον, καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἰάσεως, τὸν μὲν διὰ πολλὴν πάνυ βραχύτητα, τὸν δὲ διὰ τὸ πολὺ καὶ ἀνήκαστον μέγεθος· οὕτω μὲν οὖν καὶ Εὐγένιος τὸν μόρον φυγὼν τοῦ νοσήματος, καὶ σύντομον τὴν ὑγείαν δρεψάμενος, τὴν χάριν εὐρύθμως μελῳδήσας τοῖς μάρτυσι καὶ Χριστῷ τῷ δι' αὐτῶν δεδωκότι τὸ δρέψασθαι, τοῦ νεὼ σκιρτῶν ἀνεχώρησεν· ἡμεῖς δὲ πάλιν ὡς πεπονθότες τὴν ἴασιν, τῇ διηγήσει τιρπόμενοι, Χριστὸν καὶ τοὺς ἁγίους ὑμνήσαντες, ἐπ' ἄλλο τερπνὸν ὁρμήσωμεν ἄκουσμα.

bus intravit quantum ad speciem grassior, multis exivit, evacuante se secessu, gracilior. Immo et sic geometra iste pristinae mensurae redditus exilivit; solum namque ventris habuit tumorem, et tempus sanitatis inmensum; hoc quidem ob multam oppido brevitatem, illum vero propter vastam et inaestimabilem magnitudinem. Itaque taliter et Eugenius necem fugiens aegritudinis, et concite sanitate percepta, gratias moderate martyribus, et Christo qui per eos perceptionem contulit modulatus, exultans a templo secessit. Porro nos iterum quasi sanitatem ipsi adepti fuissemus in relatione iocundati, Christum sanctosque hym-

Digitized by Google

μγ. ΠΕΡΙ ΤΑΥΡΙΝΟΥ ΛΟΥΡΩΠΟΔΟΣ.

Πάρεστι καὶ Ταυρῖνος ἐκ τοῦ ὠθέλας ἐρχόμενος· μόλις δέ ποτε πρὸς ἡμᾶς ἀφικόμενος ὡς τὴν πορείαν μακρόθεν ποιούμενος, διὰ τὴν τῶν ποδῶν βραδυΓέραν ἐνέργειαν· καὶ οὐ μόνης ταύτης χάριν ὡς ἔοικεν, ἀλλὰ καὶ τοῦ χαλκευτικοῦ κρούσμαΓος ἕνεκα, δι' ὃ κελαδούνΓων ἡμῶν τῶν ἁγίων τὰ θαύματα, πύθεσθαι θᾶΤον οὐκ ἴσχυσεν· ἐλθὼν οὖν ὅμως τὰς αἰτίας τοῦ βράδους ἀπήγΓειλε, καὶ μὴ παρελθεῖν αὐτὸν ἄΓραφον ᾔτησεν· ὃν ὡς ἀναξίαν τῆς μέμψεως τὴν ἀπολογίαν ποιήσαντα, ἕνα τῶν αὐχούντων μαρτυρικαῖς ἐπισκέψεσι καὶ αὐτὸν ποιησώμεθα.

nis canentes, ad aliam delectabilem proficiscamur auditionem.

43. DE TAURINO LORDO.

Adest et Taurinus e proximo veniens, et vix anno tandem perveniens, dum iter eminus agit, ob breviorem pedum et tardiorem effectum; et non tantum huius rei gratia, ut apparet, sed et percussurae causa fabrilis, propter quam canentes nos sanctorum miracula, citius audire non valuit. Verumtamen veniens rationem tarditatis reddidit, et ne praeteriremus eum non scriptum poposcit, quem dignam pro culpa rationem facien-

Digitized by Google

Ἡρακλείου τοῦ κτήματος τοῦ τῷ σηκῷ τῶν ἁγίων εὐαγγελίζοντος, καὶ σαββάτου ὁδὸν τούτου μόνον ἀπεχόντος, τουτέστιν τεττάρων καὶ δέκα σταδίων διάστημα, κωμήτης ὁ Ταυρῖνος ἐτύγχανεν, καὶ τὴν ἡλουργικὴν τέχνην μετήρχετο, τῶν ποδῶν τὴν ἀσθένειαν οὐ τυχοῦσαν ἐκέκτητο, ἀλλὰ μεγάλην καὶ λόγου ἀκοῆς ὑπεραίρουσαν· οὗτοι γὰρ τὸ τῶν ποδῶν εἶδος εἰ ἔστιν εἰπεῖν ἀρνησάμενοι, λώρων ἐμιμοῦντο νεκρῶν ἰδιότητα· δι' ὃ καὶ τὸν ἔχοντα κτήτορα, τῇ τούτων ἐπωνυμίᾳ πεποιήκασιν ὀνομάζεσθαι, τὸ ἡλουργὸν γὰρ ἐπονομάζειν ἀπὸ τῆς τέχνης ἐάσαντες, ἀπὸ τῶν ποδῶν ἐκάλουν λουρώποδα·

tem, unum ex his illum qui in martyricis gloriantur visitationibus faciemus.

Heraclii possessionis, quae templo sanctorum proxima erat, et sabbati ab hoc itinere tantum distabat, idest quatuor stadiorum et decem intercapedine, villanus Taurinus erat, et clavariam sectabatur artem; pedum autem non levem possidebat infirmitatem sed magnam, et quae auditionis excedebat sermonem. Hi enim specie pedum, si dicendum est, abnegata, lororum imitabantur speciem mortuorum; propter quod et eum quem habebant possessorem, tali cognomine nominari fecerunt; clavarium enim ab arte cognominare omittentes, a pedibus vocabant loripeda;

Digitized by Google

καὶ τάχα καλῶς τοιούτῳ αὐτὸν ἐκάλουν ὀνόματι, ἐπεί περ οἱ πόδες οὐ μόνον τὸ τῶν λώρων ἔσχον ἰδίωμα, ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ ταῦτα ἦσαν λοιπὸν ἀνενέργητοι· καὶ ὅτι φησὶν τῆς ἡλουργικῆς τέχνης διὰ τοὺς πόδας παυσάμενος, ἀπὸ τοῦ τῶν ποδῶν ἐκαλεῖτο νοσήματος· ταύτην ὁ Ταυρῖνος τὴν κακίστην ἔχων ἀσθένειαν, μετὰ τὴν τῶν ἰατρῶν τελευταίαν ἀπόφασιν, ὡς οὐκ ἄν ποτε πόδας ὁ τοιοῦτος κινήσειεν, αὕτη γὰρ ἦν αὐτῶν ἐκ τῆς τέχνης ἀπόφασις, πρὸς τὸν Κῦρον αἰρόμενος ἔρχεται καὶ Ἰωάννην τὸν Κύρου τοῦ θείου συμμάρτυρα, τοὺς θείας ἰατρικῆς ἐπιστήμονας, καὶ οὐ τῆς Ἱπποκράτην καὶ Γαληνὸν καὶ Δημόκριτον, τοὺς ἀπὸ γῆς φθεγγομένους ποιουμένης

et forte iam bene tali eum nomine vocitabant, quoniam pedes non solum lororum habebant idioma, sed quia et secundum haec erant deinceps inefficaces, et quia quasi a clavaria propter pedes arte quiescens, a pedum vocabatur languore. Hanc Taurinus pessimam infirmitatem habens, post extremam medicorum repulsionem, quod numquam aliquando pedes esset moturus huiusmodi perhibentium; haec enim erat ipsorum ex arte sententia; ad Cyrum sublevatus venit, et Iohannem Cyri commartyrem, divinae medicinae praeceptores, et non eius quae Hippocratem, Galenum, et Democritum, qui de terra loquuntur, facit docto-

Digitized by Google

γεννήτορας· ὃν οἱ θαυμάσιοι μάρτυρες ἐλθόντα δεξάμενοι, ῥώσεως τῆς παρ' ἐκείνων ἀπογνωσθείσης ἠξίωσαν· φανέντες γὰρ αὐτῷ καθ' ὕπνους καὶ στωρμνὰς ὡς εἰώθασιν παστὸν ὄρτυγα λαβεῖν ἐπιτάττουσι, καὶ τοῦτον τρίψαι καὶ χρίσαι τοὺς πόδας θεσπίσαντες, πάλιν ὡς ὄναρ ἀπέπτησαν· ὁ δὲ μετὰ τὸν ὕπνον ποιήσας τὸ θέσπισμα, παραδόξως ἐρώννυτο, καὶ πᾶν ἀποβαλὼν τῶν ποδῶν τὸ ἀῤῥώστημα, καὶ τὸ καταπληκτικὸς ἐκεῖνο καὶ τῶν λώρων δυσειδέστατον ἴνδαλμα, ἄρτιος καὶ καλλίπους ἐγίνετο, καὶ τάχα ὄρτυγας κρατεῖν τῇ τῶν ποδῶν ταχύτητι ἱκανώτατος· καὶ Ταυρῖνος μὲν οὕτω ῥώσεως ἐν εὐπορίᾳ γενόμενος, εὐχαριστήσας θεῷ καὶ τοῖς

res; quo admirandi martyres veniente suscepto, hunc sanitate dignum, quam illi desperaverant, reddiderunt. Apparentes enim ei secundum morem in stramentis et lectis, salitam coturnicem et exsiccatam praecipiunt sumere, et hanc terere et pedes ungere sancientes, iterum veluti somnium avolaverunt. At ille post somnium quod imperaverant faciens, mirabiliter sanabatur, et omni pedum infirmitate et duritia illa, lororumque deformi prorsus imaginatione deposita, integer et pedibus bonis factus est, et forte optincre coturnices pedum crassitudine valens. Et Taurinus quidem sospitatis copia fretus, gratiarum actio-

Digitized by Google

μάρτυσιν ἀπελήλυθεν· ἡμεῖς δὲ ὑμνήσαντες, καὶ λόγων εὐπορίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν θαυμάτων ἀπαγγελίαν αἰτήσαντες, σὺν προθυμίᾳ ταύτης ἐχώμεθα.

## μδ. ΠΕΡΙ ΑΝΝΗΣ ΤΗΣ ΜΟΝΑΣΤΡΙΑΣ ΤΡΙΑ ΚΑΤΑΠΙΟΥΣΗΣ ΣΑΜΑΜΙΘΙΑ.

Πρὸ τοῦδε πρὸς χώραν ἄλλην καὶ πόλιν εἰσέλθωμεν ἢ κώμην ἑτέραν μετέλθωμεν, λέγειν ἔστιν ἀκόλουθον καὶ θαῦμα ἕτερον, καὶ τάχα τοῦ προπαγέντος ὑπέρτερον, ὃ παρ' αὐτῶν πάλιν τῶν ἁγίων προελθεῖν ἐπὶ μοναστρίᾳ τινὶ τὴν αὐτὴν οἰκούσῃ κώμην ἐμάθομεν· καὶ λέξωμεν θεοῦ τὸ λέγειν παρέχοντος, καὶ τοὺς τῆς αὐ-

nibus Deo martyribusque oblatis, recessit: nos autem hymnos cantantes, et sermonum opulentiam ad reliquorum recitationem miraculorum efflagitantes, hanc cum alacritate continuabimus.

## 44. DE ANNA ANCILLA DEI QUAE TRIA DEGLUTTIVERAT SAMAMITHIA.

Antequam ad regionem aliam, vel civitatem aut castellum transitum faciamus, consequens est ut et aliud dicamus miraculum, et forte praecedenti sublimius, quod ab ipsis iterum sanctis gestum fuisse in quadam ancilla Dei eiusdem habitatrice villae, didicimus. Et dicemus, Deo largiente di-

Digitized by Google

τῆς κώμης οἰκήτορας ἀλλήλων παντελῶς οὐ χωρίσωμεν· εἰ καὶ Πέτρον τούτους διαστῆσαι, ὃν πρὸ μικροῦ παρεθέμεθα τῆς ῥηθείσης κώμης ὑπάρχοντα, ἑτέρα τίς ἡμᾶς καταναγκάσασα πρόφασις.

Τὸ Ἡρακλειον τοῦτο κτημάτιον ᾤκει μονάστρια, Ἄννα μὲν τοὔνομα, μετ' ἄλλων δὲ παρθένων ἐποιεῖτο τὴν οἴκησιν· ἐτῶν γὰρ ἦν ὡσεὶ δώδεκα, ἢ καὶ τοῦτον ἔσχε τὸν χρόνον ἐλάττονα· ἥτις ἡλικία μένειν ἐφ' ἑαυτῇ δι' ἀπειρίαν οὐ δύναται, καὶ νοῦ καὶ φρενῶν ὀλιγότητι· πῶς γὰρ ὁ τοιοῦτος οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας παλαίσειεν, τὴν πάλην τὴν

cendi effectum, et habitatores eiusdem villae non separabimus prorsus ab invicem; licet Petrum quem ante paulo commendavimus, a iam dicta villa secernere, alia nos coëgit quaedam occasio.

Heracliense hoc praedium ancilla Dei Anna nomine habitabat, et habitationem cum aliis virginibus faciebat; annorum enim erat quasi duodecim, vel certe brevius illis habuit tempus; quae aetas manere super se tam propter imperitiam quam ob intellectus et sensuum paucitatem, non potest. Quomodo enim huiusmodi non adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus et potestates, et rectores saeculi huius, et spiritua-

Digitized by Google

πρὸς αὐτοὺς ἀναδεξάμενος, εἰ τοῦ παιδοτριβοῦντος χηρεύσειεν; ἢ πῶς δαίμονος γνοίη ποικίλα νοσήματα, εἰ μὴ σχοίη τὸν εἰδότα διδάσκαλον; ἢ πῶς ἀπάτην ὄφεως καὶ πανουργίαν φιλάξαιτο, ἣν οὐδ' Εὔα χωρισθεῖσα μικρὸν τοῦ Ἀδὰμ ἐφυλάξατο; διὰ ταῦτα γὰρ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν καθ' αὑτὴν οἰκεῖν οὐκ ἀκίνδυνον, καὶ μάλιστα τὴν πρὸς δαίμονας τὸν πόλεμον ἔχουσαν, καὶ μὴ δυναμένην ὅλως τηρῆσαι γινώσκουσαν κεφαλὴν ὄφεως ἡρέμα πῶς εἰσελαύνουσαν, ἢ πτέρναν τὴν οἰκείαν αὐτῷ τηρουμένην σκεπάσασθαι. —

Ὅθεν ἡ παροῦσα μονάστρια νηπιώδους ἡλι-

lia nequitiae luctabitur, colluctatione adversus illos assumpta, si puerorum institutore destituatur? aut quomodo diaboli varia sciet molimina, nisi habeat gnarum magistrum? aut quomodo deceptionem serpentis et astutiam observabit, quam nec Eva separata pauxillum ab Adam observavit? Propter haec enim puerilis aetas apud se habitare sine periculo non potest, et maxime illa quae bellum adversus daemonas habet, et non valet, aut certe penitus nesciens observare caput serpentis sensim quodammodo insequens; vel proprium operire calcaneum, ne illi monstretur modis omnibus observandum.

Unde praesens ancilla Dei cum puerilis esset

Digitized by Google

κίας τυγχάνουσα, καὶ πρὸς ὥραν τῶν ἄγειν δυναμένων οἷα συμβαίνει χηρεύσασα, καινῷ δεινῷ περιπέπτωκεν, ᾧ διάβολος αὐτὴ προευτρέπισε, καὶ μόνην εὑρὼν, τούτῳ τῷ τρόπῳ πρὸς θάνατον ἤλασε· μονωθεῖσα γὰρ αὕτη τῶν ἄλλων οἷα μειράκιον τὰ μειρακίων διήνυε παίγνια, καλάμοις τισὶ τὴν περὶ τὸ παίζειν πληροῦσα διάθεσιν· καὶ ποτὲ μὲν τὸν κάλαμον αἴρουσα προσήπτε τῷ στόματι, ποτὲ δὲ πάλιν ἀποκινοῦσα τοῦ στόματος καὶ πρὸς ἔδαφος ῥίπτουσα, πάλιν ἐλάμβανεν ἕτερον, καὶ πάλιν ἐν αὐτῷ τὰ αὐτὰ διεπράττετο· ἀλλ' ἐν ὅσῳ τοὺς δόναξας ἤμειβε, τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ στόματος ῥίπτουσα, τὸν δὲ λαμβάνουσα, καὶ τοῦτον τοῖς ὀδοῦσι προσ-

aetatis, ad horam custodia valentium eam circumducere, sicuti solet saepe contingere destituta, novitatem diram incurrit, quam ei diabolus praeparavit, et solam inventam hoc modo ad mortem impulit. Cum enim solam se ab aliis haec, utpote puella, videret, puellarum exsequebatur ludibria, calamis quibusdam iocandi replens affectum. Et aliquando calamum tollens ori applicabat, aliquando vero hoc ab ore remoto, et in terram proiecto, sumebat iterum alium, et rursus in ipso eadem peragebat. Verum dum arundines alternantibus vicibus manderet, aliam ab ore proiciens, aliam vero accipiens, et hanc dentibus

Digitized by Google

φέρουσα, τινὶ καλάμῳ συνέτυχε ἐσχύῳ θανάτου τυγχάνοντι, καὶ θησαυρὸν ἔχοντι χαλεπὸν καὶ ἐπόλεθρον.

Τρία γὰρ ἑρπετὰ τὰ καλούμενα σαμαμίθια τοῦτον ᾤκουν τὸν κάλαμον, φωλαιὸν αὐτὸν καὶ κοίτην ποιούμενα, ὃν ἀκάκως ἁρπάσασα τῷ οἰκείῳ προσήνεγκε στόματι· τὰ δὲ τοῦ κινήματος ἐπαισθόμενα, καὶ πρὸς φυγὴν θορυβούμενα, διὰ τῆς ἀρχῆς ἐκπηδήσαντα τῆς ἐγγισούσης τῷ στόματι, εἰς τὴν γαστέρα τῆς παιδὸς φέρονται, ἀκούσιον ὄλισθον ὑπομείναντα· εἰς τὴν κοιλίαν δὲ καταενεχθέντα τῆς μείρακος, καὶ τὸ ξένον τῆς ἑστίας μὴ φέροντα, φεύγειν κἀκεῖθεν ὑπήγοντο· ἀλλὰ τὴν ἔξοδον οὐκ ἐγίγνωσκον· οὕτω δὲ

afferens, ad quamdam devenit arundinem, quae mortem in utero baiulabat, secumque ac perniciosum introrsus thesaurum habebat.

Tria enim reptilia, quae vocantur samamithia, hunc calamum habitabant, quem sibi latibulum fecerant et cubile, quem simpliciter arreptum proprio attulit ori. Illa vero cum motum sensissent, ad fugam turbata, et per initium eius calami quod ori proximum erat insilientia, in uterum puellae allata sunt, non voluntarium sustinentia lapsum. In ventrem autem puellae inducta, et insolitam habitationem nequaquam ferentia, fugere inde satagebant. Taliter autem discurrentia, et miserae

Digitized by Google

διαΓρέχοντα, καὶ τῆς τέως ἀθλίας τὰ σπλάΓχνα ταράττοντα, καὶ συστροφὰς τῶν ἐΓκάτων ποιούμενα, δυσοίΣτους αὐτῇ τὰς ἀλΓηδόνας εἰργάζοντο· ἃς οὐκ ἄν τις γραφῇ παραστήσειεν, οὐδ' εἰ πεῖραν σχοίη πόλλὴν τοῦ νοσήματος· ὅθεν ἡ παῖς ἀπαύστως ἐκόπτετο καὶ ὀλόλυζεν καὶ δάκρυα τῶν ὀμμάτων ἐξέχεεν, καὶ παΓελῶς ἡρεμεῖν οὐκ ἠδύνατο· ὅτε γὰρ τὸ ἓν τῶν κατατοθέντων ἑρπετῶν ὀλίγον ἡσύχαζεν, εἴπερ ποτὲ καὶ ἡσύχαζεν, τὰ λοιπὰ δύο τὴν κόρην ἐδάμαζον· ἢ καὶ τὰ δύο πολλάκις, ἵνα καὶ τοῦτο δῶμεν, ἐκάθευδον, τὸ ἕτερον οὐκ ἐπαύετο· ἀλλ' ἀκοίμητον αὐτῇ τὴν ὀδύνην ἐβράβευον, ποτὲ

illius interim praecordia conturbantia, contortionesque viscerum facientia, intolerabiles illi dolores operabantur, quos profecto nemo scripturae commendaverit, etiamsi multum habeat experimentum languoris. Unde puella incessanter plangebat et eiulabat, oculorumque lacrimas effundebat, et quiescere penitus non valebat. Quando autem unum ex reptilibus, quae absorta fuerant, paululum quiescebat, si tamen aliquando quiescebat, reliqua duo puellam domabant. Quod si etiam duo ex his nonnumquam, ut et hoc demus, forte dormiebant, tertium nullo modo quiescebat, sed ei non dormientem conferebat dolorem. Itaque modo quidem unum, modo vero duo,

Digitized by Google

μὲν τὸ ἓν, ποτὲ δὲ τὰ δύο, πολλάκις δὲ καὶ τὰ τρία σπαράσσοντα.

Ἐν ἀπαύστοις οὖν καὶ δριμείαις ἀλγηδόσιν ὑπάρχουσα πρὸς τοὺς ἁγίους ἐφέρετο, ἰατρὸν οὐχ εὕρισκεν ἕτερον πρὸς συμφορὰν τοσαύτην ἀρκῆσαι δυνάμενον· ἐλθοῦσα τοίνυν ὡς εἴρηται, καὶ συμπαθεῖς εὑροῦσα τοὺς μάρτυρας, θᾶττον τῆς τριπλῆς ἐκείνης ἐλυτροῦτο κολάσεως· εἴπωμεν δὲ καὶ τὸ λύτρον ὡς γέγονεν, ἔστιν γὰρ τῆς τῶν λυτρωσαμένων χάριτος ἔμπλεον· ἑτέρῳ τινὶ τῶν ἀσθενούντων ἀδελφῶν ὄναρ ἐλθόντες οἱ ἅγιοι, εἰπὲ φασὶ τῇ βοώσῃ ταύτῃ μοναστρίᾳ, ἐβόα γὰρ διηνεκῶς καὶ τὸ σύνολον οὐκ ἐκάθευδεν, ἵνα πρωΐας ὀρθρίσασα, εἰς ἓν τῶν καπη-

multotiens autem et ipsa tria, eandem discerpere noscebantur.

Itaque venienti ei martyres in visu videntur, et visi passionem continuo fugant hoc medicamine usi. Porci pnemonem sumere, et torrere hunc

(1) Desunt aliquot in graeco textu verba, quae latinus conservavit.

Digitized by Google

ξιν, καὶ φρυγέντα σὺν οἴνῳ λεάναι καὶ χρίσαι· ἐπειδὴ δὲ τὴν χάριν ἔδει μὴ ἀτελῆ τοὺς ἁγίους δωρήσασθαι, Θεόδωρον μὲν τοῖς εἰρημένοις ἰάσαντο βοηθήμασιν· γνωρίσαντες δὲ τὸν μαγεύσαντα, καὶ τὰ τῆς μαγίας θεραπεύσαντες ὄργανα, τὸν δεδρακότα κατ' ἀξίαν ἀμείβονται· ὅτε γὰρ ἐνσκευάσαι Θεοδώρῳ προσέταττον τὸ βοήθημα, καὶ τούτῳ συνεμίγνυον τῷ κελεύσματι, ἀπόστειλον λέγοντες τινὰ τῶν σοι διακονουμένων εἰς Λάπηθον, καὶ πρὸ τοῦ κοιτῶνος τοῦ σοῦ παρὰ τὸ πρόθυρον σκάψαι διάταξον· ἐκεῖσε γὰρ εὑρήσει τὸ τοῦ δεδρακότος κακούργημα, ὑπὸ τὸ πρόθυρον ἀφανῶς καλυπτόμενον· ὃ καὶ φανερούμενον, εὐθὺς ἀναιρεῖ τὸν ποιήσαντα· πέμψας δὲ

ignis in prunis et torrido cum vino linire ac inungere membra quae patiebantur, praecipiunt. Quia vero gratiam oportebat non imperfectam sanctos donare, Theodorum quidem praedictis sanaverunt auxiliis, eo vero qui magias exercuit agnito, magiaeque organis manifestis effectis, dignam auctori vicissitudinem tribuunt. Quando enim Theodoro conficere adminiculum praeceperunt, etiam hoc iussioni miscebant, mitte dicentes quemquam ministrantium tibi ad Lapithon, et ante cubile tuum prae foribus fodere dispone. Illic enim insidiantis invenies maleficium sub vestibulo invisibiliter coopertum; quod manifestatum mox, eum qui fecit

Digitized by Google

Θεόδωρος ὡς κεκέλευστο κατὰ τὸν λεχθέντα τόπον, τὸ τῆς ἀῤῥωστίας εὕρισκον αἴτιον· καὶ τοῦτο φανὲν, ἀφανὴς εὐθέως ὁ κακουργήσας ἐγένετο, θανάτου τοῦτον παραχρῆμα συλήσαντος, καὶ μαρτύρων ῥοπῇ τὸν Θεόδωρον ἐκδικήσαντος· ἑβραῖος δ' ἦν, καὶ τοιαύτης ὑποληψεως οὐκ ἐλεύθερος· διὸ καὶ τῶν ἰδίων ἔργων τοὺς πόνους ἐδρέψατο, κατάλληλα λαβὼν τῇ γεωργίᾳ τὰ δράγματα· ἡμεῖς δὲ τῶν ἁγίων τὸ σθένος θαυμάσαντες, καὶ ὡς οἷοί τέ ἐσμεν αὐτοὺς ἀνυμνήσαντες, ἕτερα αὐτῶν οὐκ ἐλάττονος ὁρμῆς καὶ δυνάμεως τῷ γράμματι διαγγείλωμεν.

interimet. Mittens autem Theodorus sicut iussus est ad iam dictum locum, infirmitatis repperit causam. Et hac apparente, qui male id operatus est, statim disparuit, morte hunc protinus rapiente, et martyrum nutu Theodorum defendente. Hebraeus autem erat, et huiuscemodi aestimationis nullo modo liber; propter quod et operum messuit propriorum labores, competentes accipiens agriculturae manipulos. Porro nos sanctorum robore collaudato, et sicuti possumus eis hymnis glorificatis, alia eorum non minoris motus atque virtutis, hoc scripto denunciabimus.

Digitized by Google

νς. ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΠΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΠΟΔΑΣ ΕΞ ΕΝΕΡΓΕΙΑΣ ΔΑΙΜΟΝΟΣ ΑΣΘΕΝΗΣΑΝΤΟΣ.

Μὴ παρίδωμεν δὲ τὸν Γεώργιον, ἔτι κατὰ τὴν Κύπρον διάγοντες, ὅτι πένης ἐστὶν καὶ πτωχεία συνέχεται· ἐπεὶ μήτε Κῦρος αὐτὸν καὶ Ἰωάννης παρίδον οἱ μάρτυρες, ἀλλ' ὡς φιλόπτωχοι προσελάβοντο, καὶ θεραπείας ἠξίωσαν, ὡς ἀληθεῖς φιλοπένητες· γεωργὸς γὰρ ἦν ὁ Γεώργιος, καὶ χωρίον ὤκει τῇ Νεμεσῷ παρακείμενον· Φαῦα τὸ χωρίον ἐλέγετο, καὶ πεντήκοντα μὲν τῆς πόλεως, τρισὶ δὲ καὶ ἥμισυ τῆς θαλάττης σταδίοις διέστηκεν· οὕτω δὲ τοὺς πόδας ἠσθένησεν ὁ Γεώργιος· τὰ κατ' ἀγροὺς ἐπεσκέ-

56. DE GEORGIO CYPRIO QUI PEDIBUS EX OPERATIONE DAEMONIS INFIRMATUS EST.

Non autem despiciamus Geórgium adhuc in Cypro degentem, quoniam pauper est, et egestate deprimitur, nam nec Cyrus eum et Iohannes martyres despexerunt, sed ut amatores pauperum assumpserunt, et curatione dignum exhibuerunt, tamquam veri pauperum amatores. Agri cultor erat Georgius, et praedium habitabat quod apud Nemesum adiacebat. Phauha idem praedium vocabatur, quod quinquaginta quidem a civitate, tribus autem et dimidio stadiis a mari distabat. Praeterea sic pedibus Georgius infirmatus est. Quae

Digitized by Google

πτετο, καὶ λαγῶον ὡς ἐνόμιζεν ἔβλεπεν, καὶ καλιδὼν καλεδίωκε· γλυκὺ γὰρ τοῦτό τοῖς ἀγροίκοις τὸ θήραμα, καὶ παροτρῦνον εἰ φανῇ πρὸς κατάληψιν· ἀλλὰ διώκων οὐκ ἔλαβεν· οὐ γὰρ ἦν λαγωὸς τὸ φαινόμενον ἀλλὰ πνεῦμα πονηρὸν καὶ μισάνθρωπον· τοῦ δρόμου δὲ πάλιν παυσάμενος, τοὺς πόδας κινεῖν οὐκ ἠδύναλο, ἀλλ' ἀκίνητος μετὰ δρόμον διέμενε, λαγωὸν μὲν οὐκ εἰλληφὼς, εἰληφὼς δὲ τῶν ποδῶν τὸν ἐπίδεσμον· τοιαῦτα γάρ ἐστιν ἐκείνου τοῦ λαγωοῦ τὰ χαρίσματα.

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ἐπ' ὤμων αἰρόμενος ὁ Γεώργιος ἄγεται, καὶ τοῖς τούτων σωσὶν ὑπὸ τῶν θρεψαμένων

per agros erant inspiciebat, et leporem ut autumabat videbat, et intuens insequebatur. Dulcis namque est haec venatio rusticis, et incitans si apparuerit ad capiendum. Verum persequens non comprehendit, non enim erat lepus qui apparuerat, sed spiritus nequam, et hominem odiens. Porro a cursu iterum cessans, pedes movere non poterat, sed immobilis post cursum manebat, leporem quidem non capiens, capiens autem pedum obligamentum; talia enim sunt illius leporis dona.

Hinc ad Cyrum et Iohannem super humeros Georgius asportatus effertur, et horum pedibus



Digitized by Google

προσρίπτεται· καὶ χρόνον ποιήσας συχνὸν ἕως οὗ θεὸς καὶ τῶν ἁγίων ἡ χάρις ἠβούλετο, τόνδε τὸν τρόπον τῆς ἰάσεως ἔτυχεν· ἐπαχθὴς ὑπῆρχεν ὡς ἄῤῥωστος, καὶ κόπον οὐ βραχὺν τοῖς ἀνὰ τὸν νεὼν φιλοπονοῦσι παρείχετο· ταχέως εἰς ἀφεδρῶνας ἐρχόμενος, καὶ μὴ ταχέως αὐτῶν ἐξερχόμενος, ὡς καθεύδειν πολλάκις ἐν τούτοις ἀφίεσθαι, καὶ ἐνβραδύνειν ἐκ συνηθείας καθήμενον· οὕτω δὲ τὸν Γεώργιον ἰδόντες οἱ μάρτυρες, εἰς οἶκτον ἔρχονται καὶ συμπάθειαν· καὶ τοῖς ἀφεδρῶσιν ἐν μιᾷ καθευδήσαντι, ἐν ὀνείροις φαίνονται λέγοντες· ἀναστὰς ἔξιθι, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις κάθευδε στρώμασιν· ὁ δὲ διϊπνισθεὶς, καὶ μηδένα θεασάμενος, πάλιν ἐκάθευδεν· καὶ

ab alumnis proicitur, et tempore multo facto, usque quo Deus et sanctorum gratia voluit, tali modo sanitatem adeptus est. Molestus erat infirmis, et laborem non brevem praestabat his qui talium studium in templo gerebant, citius ad latrinas veniens, sed ab his non citius rediens, ita ut dormire in his crebro dimitteretur, eo quod crebro abiret, et tardaretur ex consuetudine sedens. Taliter autem Georgio martyres viso, ad miserationem veniunt et compassionem, et in latrinis quadam die dormienti in sompnis apparent dicentes: surgens egredere, et in tuis dormi stramentis. Qui expergefactus, et neminem vi-

Digitized by Google

πάλιν οἱ μαρτύρες ἐκ δευτέρου παρίστανται, τὰ αὐτὰ διατάττονται· ὁ δὲ πάλιν στραφεὶς, καὶ μηδένα πάλιν ἰδὼν, πάλιν ἐκοιμᾶτο τὸ δεύτερον· ἐκ τρίτου δὲ φανέντες οἱ ἅγιοι, πεζεύοντα δὲ τῶν ἀφεδρώνων ἐξιέναι κελεύουσιν, ἄρτον ἐσθίειν ὀρέξαντες· ὁ δὲ τὸ τρίτον γενόμενος ἄφυπνος, οὐχ ἑώρα μὲν παρόντας τοὺς μάρτυρας, εὗρισκε δὲ τὴν δεδομένην εὐλογίαν πρὸς ἴασιν, καὶ ταύτην φαγὼν ἀνερώννυτο· καὶ τῆς τῶν ἁγίων μνημονεύσας κελεύσεως, τῶν ἀφεδρώνων ἀνίσταται, καὶ ἀλλόμενος ἔξεισι, ἐκεῖσε καταλείψας τὸ νόσημα, καὶ τῶν ἁγίων δοξάζων τὴν δύναμιν· ἔτι δὲ καὶ οὗτος περίεστι, καὶ περιπολεῖ τῶν μαρτύρων τὸ τέμενος, τὴν νόσον ὁμοῦ καὶ τὴν

dens, iterum dormiebat. Et iterum martyres secundo astant, eadem disponentes. At ille conversus iterum, et neminem rursus intuitus, iterum secundo dormiebat. Tertio autem sancti ei apparentes, peditem a latrinis egredi iubent, panem porrigentes ad manducandum. Porro tertio factus in somnis non quidem praesentes videbat martyras, sed inveniebat benedictionem datam ad sanitatem; et cum hanc manducaret, convalescebat. Sanctorum iussionis memor, a latrinis surgit, et saliens exit, ibidem languorem dimittens, sanctorum virtutem glorificans. Adhuc autem et superest iste, et martyrum peragrat templum,

Digitized by Google

ἴασιν διηγούμενος, καὶ πρὸς αἶνον Θεοῦ, καὶ τῶν ἰασαμένων ἁγίων ᾠδὴν κινῶν τοὺς ἀκούοντας.

νζ. ΠΕΡΙ ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ ΔΑΙΜΟΝΙΩΝΤΟΣ.

Οὐκ ἄκαιρον δὲ καὶ Κυριακοῦ τοῦ ῥοδίου μνήμην ποιήσασθαι, καὶ τοῖς νησιώταις τὸν νησιώτην συναριθμήσασθαι, καὶ τοῖς κυπρίοις συντάξαι τὸν ῥόδιον· πλεῖον γὰρ χαίρειν τοὺς νησιώτας ἀλλήλοις ὑπείληφα, ἢ χαίρουσι τοῖς οὐ νησιώταις τυγχάνουσιν. Κυριακὸς τοίνυν ὁ ῥόδιος δαιμόνιον ἔσχεν ἀκάθαρτον καὶ τῶν πλειόνων πολὺ χαλεπώτερον, ἄγριόν τε καὶ μισάνθρωπον, καὶ πολλοῖς αὐτὸν περιβάλλον συμπλώμασιν· καὶ πολλάκις ἂν τῆς ζωῆς ταύτης αὐ-

languorem pariter et sanitatem enarrans, et ad laudem Dei sanctorumque canticum qui sanaverunt commovens audientes.

57. DE CYRIACO RHODIO DAEMONIUM PASSO.

Non autem ineptum est Cyriaci etiam rhodii facere mentionem, et cum insulanis insulanum connumerare, et cypriis annectere rhodium; plus enim congratulari insulanos invicem accepi, quam congratulentur hii qui non sunt insulani. Cyriacus igitur hic rhodius daemonium habebat immundum, et multis aliis saevius, quod cum efferum id est hominem odio haberet, multis hunc casi-

Digitized by Google

τὸν ἀπεσ[τέρησεν, εἰ μὴ Χρισ[τὸς ὁ τῶν ὅλων κη-
δεμὼν καὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως φύλαξ ἀνύ-
στακτος ἐπιτιμῶν διεκώλυεν· οὔτε γὰρ ἡσυχά-
ζειν καὶ πρὸς ὀλίγον εἶα τὸν ἄνθρωπον, οὔτε
δεσμοῖς ὑποτάττεσθαι, οὔτε σιδηραῖς ὑποκύ-
πτειν ἀλύσεσιν, οὔτε τοῖς ἄλλοις μηχανήμα-
σιν φράττεσθαι, οἷς οἱ τοιοῦτοι πεφύκασι σω-
φρονίζεσθαι, ἀλλ' ἦν ἀδεής τε καὶ ἄφοβος λο-
γισμῶν ἔρημος καὶ πάσης διανοίας ὀρφανὸς καὶ
ἀλλότριος.

Βιαίως δὲ πάνυ πρὸς Κῦρον ἀχθεὶς καὶ Ἰω-
άννην τοὺς μάρτυρας, τοῦ δαίμονος ἀπηλλάτ-
τετο· κατὰ βραχὺ γὰρ τὸν λογισμὸν καταστή-
σαντες, καὶ τὰ ἀνθρώπων αὐτῷ φρονεῖν ἐχαρί-

bus immittebat; et frequenter actum est ut eum hac vita privasset, nisi Christus procurator omnium, et humanae naturae custos non obdormiens, increpasset et cohibuisset; neque enim quiescere saltem ad modicum hominem permittebat, neque vinculis neque ferreis incurvari catenis, neque aliis machinamentis turbari, quibus soliti sunt huiusmodi corrigi. Sed erat intrepidus, et sine timore cogitationibus destitutus, et omni sensu orbus et alienus.

Porro admodum violenter ad Cyrum et Iohannem martyras ductus, a daemonio liber effectus est: paulatim quippe sensum restituentes, ei et-

Digitized by Google

σαντο· οὕτω δὲ διαθῶνται τὸν ἄνθρωπον οἰκτροτάτῳ φαρμάκῳ, καὶ τὸ δαιμόνιον ἐκδιώκουσιν, δεῖξαι τάχα βουλόμενοι τοῦ πονηροῦ τὴν ἀσθένειαν· κρέα γὰρ μόσχεια λαβεῖν ἐπιτρέψαντες, ἄνθραξί τε ταῦτα καταφλέξαι προστάξαντες, σὺν οἴνῳ λεάναι καὶ χρίσαι τὸ σῶμα θεσπίζουσιν· καὶ τοῦτο Κυριακοῦ τὸ τάχος ποιήσαντος, φροῦδον εὐθὺς γέγονε τὸ δαιμόνιον, οὐ τὸ φάρμακον δειλιάσας ὁ δαίμων ὁ κάκιστος, ἀλλὰ Κύρου φρίξας καὶ Ἰωάννου τὸ θέσπισμα· οὐδ' ἀναστρέψας ἔτι πρὸς οἴκησιν, ἀλλ' ἀπίει φευγὼς εἰς ἀοίκητον, καὶ ταῦτὶ βοῶν ἑαυτοῦ τὸ ἀδύναμον καὶ τῶν διωξάντων τὴν δύναμιν· ἡμεῖς

iam quae hominum sunt sentire donarunt. Sic autem tractantes hominem, et daemonium vilissimo medicamine pellunt, ostendere forte volentes infirmitatem maligni. Carnes quippe vitulinas sumere praecipientes, prunisque has cremare iubentes, cum vino fricare, et ungere corpus decernunt. Quod cum celeriter Cyriacus egisset, inane statim daemonium factum est, non medicamentum formidans nequissimus ille daemon, sed Cyri metuens et Iohannis praeceptum. Nec ad habitandum ultra reversus est, sed semper fugiens absque habitatione manebat, hoc modo clamans et suam ipsius impossibilitatem, et pellentium propalans virtutem. Porro nos emundato congra-

Digitized by Google

δὲ τῷ καθαρισθέντι συγχαίροντες, καὶ τοὺς καθαρίσαντας αὐτὸν ἁγίους δοξάζοντες, καὶ Χριστὸν τὸ τοιοῦτο αὐτοῖς δεδωκότα τὸ σθένος γεραίροντες, ἀρχὴν ἑτέρου ποιησώμεθα θαύματος.

νη'. ΠΕΡΙ ΠΕΤΡΟΥ ΤΟΥ ΑΜΜΑΔΑ ΧΟΙΡΑΔΑΣ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΤΡΑΧΗΛΟΝ.

Πέτρος ὁ χάραξ, ἀνὴρ γέγονε τίμιος, γένει δὲ καὶ πλούτῳ καὶ φρονήσει γαυρούμενος, καὶ τρίτης Παλαιστίνης· ταύτης γὰρ πόλις ἐστὶ τὰ Χαραγμωβά, τυγχάνων ἐπίδοξος, τῆς πατρίδος τὰ ὅρια ταῖς εὐφημίαις ἐπέρασε, καὶ τοῖς ὑπερορίοις ὡς τοῖς ἐγχωρίοις ἐτύγχανε γνώριμος· οὐ τοσοῦτον ἐκ θέας ὅσον ἐκ φήμης αὐτοῖς γινωσκόμενος. Πέτρος οὖν οὗτος ὁ κάλλιστος, ὁ

tulantes, et sanctos qui hunc mundavere glorificantes, Christumque qui talem illis contulit fortitudinem honorantes, initium alterius faciamus miraculi.

58. DE PETRO AMMADA QUI SCROFAS HABUIT.

Petrus ille charax, vir honorabilis fuit, genere, divitiis, et prudentia decoratus, et ex tertia Palaestina (huius enim civitas sunt illa Charagmata) gloriosus exortus. Qui patriae terminos laudibus transiit, et ita externis cognitus aderat, non tantum ex visione, quantum ex laude illis notus

Digitized by Google

πλούτῳ ῥεόμενος, ὁ Γένει καὶ φρονήσει κοσμούμενος, χαλεπῷ νοσήμαΓι περιπέπΓωκεν· φείδεΓαι γὰρ οὐδ' αὐτῶν τὰ τῆς φύσεως ἴδια, εἰ καὶ τοῖς λεχθεῖσιν ωλεονεκτήμασιν διαφέρειν τῶν ὁμοφύλων νομίζουσιν· τοιοῦτο δὲ ἦν καὶ τὸ νόσημα· τὰς χοιράδας πάνΓως ἀκούετε, καὶ ἀκούοντες πάντως γινώσκεΓε, καὶ οἴδατε ὡς πάθος ἐσΓὶ δυσκατέργαστον, καὶ νόμοις ἰατρῶν οὐ πειθήνιον, καὶ ἄγχον ἀγρίως τοὺς πάσχοντας· τοῦτο καὶ Πέτρος περὶ τὸν τράχηλον ἔσχηκε, καὶ σχὼν ἀωοθανεῖν ἐκινδύνευε, τοιοῦτο γὰρ τῶν χοιράδων τὸ Γέννημα, καὶ κινδυνεύων ἠπόρει τοῦ σώζοντος, ἰατροῦ μὴ δυναμένου πρὸς τὸ πάθος μαχήσασθαι, καὶ μαχησαμένου τὴν νίκην κομί-

effectus est. Ergo Petrus hic optimus divitiis affluens, prosapia ornatus, et prudentia famosus, saevum languorem incidit; naturae quippe propria nec sibimet parcunt, licet iam dictis virtutibus distare a contribulibus aútument. Talis etiam erat languor. Scrofas profecto auditis, et audientes utique nostis, scitis enim quam sit haec passio ad sanandum difficilis et medicorum legibus non obsecundans, et angens bestialiter patientes. Hoc et Petrus circa collum habebat, et habito moribundus periclitabatur; tale quippe scrofarum est genimen; et periclitaturum qui salvaret non aderat, dum medicus dimicare contra ae-

Digitized by Google

σασθαι· ἀλλὰ πολλῶν μὲν εἰσπηδώντων πρὸς τὸ στάδιον, οὐδενὸς δὲ τὸ βραβεῖον λαμβάνοντος, ἀλλ' ἡττωμένου καὶ φεύγοντος, καὶ τῇ φυγῇ στεφανοῦντος τὸ νόσημα.

Ἐπὶ πολὺ δὲ τοῦ πάθους κρατήσαντος, καὶ ἰατροῦ τοῦ παλαίοντος ἐπιλείψαντος, θανάτου πλησίον ὁ Πέτρος ἐγίνετο· ἀλλὰ τοῦτον οἱ μάρτυρες φθάσαντες, τῶν ᾅδου χειρῶν ἐλυτρώσαντο· ὡς γὰρ ἐν ἐσχάτοις ὢν ἐκινδύνευε, Κῦρον καὶ Ἰωάννην τοὺς ἁγίους ἐπύθετο, μόνους νικῆσαι δυναμένους τὸ νόσημα· καὶ μὴ βραδύνας τῆς πατρίδος ἀπέπλευσεν, πίστιν ἀγνὴν ἐπαγόμενος, πεῖσαι δυναμένην τοὺς μάρτυρας· ὅθεν οὐδὲ τεττάρων πλεῖον ἡμερῶν οἱ θεσπέσιοι τοῦ-

gritudinem non valet, vel dimicans afferre victoriam. Verum multi quidem insiliebant in stadium, nemo tamen accipiebat bravium, sed superatus effugiens, coronabat fuga languorem.

Diutius autem passione optinente, et medico qui luctaretur deficiente, morti Petrus appropinquavit. Sed hunc martyres praeoccupantes, de inferni manibus liberarunt. Cum enim in novissimis esset, periclitabatur, [ sanctosque Cyrum ac Iohannem fando audiebat ] qui soli languorem vincere poterant; et nihil moratus a patria navigavit, fide purissima ductus, quae valeret inflectere martyras, unde nec ultra quatuor dies egre-

Digitized by Google

τον ἰδεῖν ἠνέσχοντο πάσχοντα, ἀλλὰ τῇ ταύτης ἐπιφανείσες νυκτὶ, τῆς ἀῤῥωστίας ἐδίδουν τὸ φάρμακον· ἄρτος δὲ ἦν, τὴν ἐκ πυρὸς ἔτι φέρων θερμότητα, ὃν διαπρίσαι προσέταττον, καὶ θερμὸν προσενέγκαι ταῖς χοιράσιν ἐπίθεμα, καὶ τοῦτο βαστάσαι ὡς ὡρῶν πέντε διάστημα τῷ τραχήλῳ προσφιλῶς ἐπικείμενον· καὶ τότε λουτρῷ προσπελάσαντα, καὶ ἔσω κατὰ τὸν θερμὸν ἀέρα γενόμενον, ἀποσπᾶν τοῦ τραχήλου τὸ φάρμακον, καὶ τοῦτο πάλιν χρᾶσθαι λουσάμενον, μέχρι τελείας τοῦ πάθους ἰάσεως.

Ὁ δὲ γρηγορήσας, καθ' ὕπνον γὰρ ταῦτα ποιεῖν ἐκελεύετο, σπουδαίως ἕδρα τὸ θέσπισμα, καὶ τὸ πάθος ἀπέβαλε σπουδαιότερον· τελέσας

gii illi hunc videre patientem patiebantur, sed eadem nocte apparentes infirmitatis dabant remedium. Panis autem erat ferens adhuc ex igne calorem, quem secare praecipiebant, et calidum afferre pro epithemate scrofis, et hoc portare spatio quasi horarum quinque, amabiliter appositum collo, et tunc balneo appropinquare, et intus intra calidum aërem inveniri, et a collo evellere medicinam, et hac rursus uti, dum lavaretur usque ad perfectam aegritudinis sanitatem.

Qui evigilans, in somnis enim haec facere iubebatur, praeceptum studiose gerebat, et passionem studiosius deponebat. Consummata enim ius-

Digitized by Google

γὰρ τῶν ἁγίων τὴν κέλευσιν, καὶ τῷ τραχήλῳ περιθεὶς τὸ βοήθημα, καὶ ἐν τῷ λουτρῷ μετὰ τοῦτο γενόμενος, ἀποσπῶν τοῦ τραχήλου τὸ φάρμακον, καὶ τὰς χοιράδας αὐτῷ συναπέσπασεν, καὶ ταῖς χοιράσι τὸν ἐξ αὐτῶν γινόμενον κίνδυνον· φασὶ δὲ καὶ ταύτας ἑξήκοντα καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν μεληθῆναι πεσούσας τοῦ τένοντος, καὶ δύο σὺν αὐταῖς ἐναρρένοθῆλυ, τὸ τοῦτο γεννήσαν τὸ μισάνθρωπον στράτευμα· ἐπιθεὶς δὲ πάλιν τῷ τραχήλῳ τὸ φάρμακον ἡμέρας ὡσεὶ τρεῖς, καὶ τὰ τούτου θεραπεύεται τραύματα, καὶ χαριστηρίους ᾠδὰς προσενέγκας τοῖς μάρ-

sione sanctorum, et collo circumposito illo praesidio, et post hoc inventus in balneo, cum extraxisset a collo medicamentum, et scrofas cum ipso simul abstraxit, et cum scrofis periculum quod ex ipsis erat procul dubio nasciturum. Aiunt autem etiam has sexaginta et septem fuisse dinumeratas cum cecidissent a iugulo colli, et duas cum ipsis masculini simul sexus et feminini, quae hunc hominum osorem generaverunt exercitum; supposito vero collo iterum medicamine, diebus quasi tribus quoque curantur vulnera, et omnis abiecta est quam habebat infirmitas « scrofarum vi- » delicet porcinarum periculum, et ad sanandum » difficilia vulnera * ». Gratificisque cantibus oblatis martyribus, gaudens pariter et exultans re-

* *haec desunt in graeco.*

Digitized by Google

τυσι, χαίρων ὁμοῦ καὶ σκιρτῶν ἀπεδήμησεν, νεὼν αὐτοῖς ἐν Χαραγμωβίοις γιγνόμενος, ὡς σεσωκόσι, δομήσασθαι συνθέμενος.

59. ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΤΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ, ΤΟΥ ΕΚ ΚΕΦΑΛΗΣ ΕΞΕΝΕΓΚΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΣΚΟΛΟΠΕΝΔΡΑΝ.

Τί δὲ καὶ τὸν ἐξ Ἀσίας οὐ παράγομεν Στέφανον, καὶ τοῖς φιλομάρτυσι τὰ κατ' αὐτὸν διηγούμεθα; ἱκανὰ γὰρ ταῦτα πρὸς γνῶσιν ἐρχόμενα, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἀλκὴν παρασῆσασθαι, καὶ τὴν τῶν φιλαγίων αὐξῆσαι διάθεσιν· ἀσιανὸς ὑπῆρχεν ὁ Στέφανος Ἀφροδισιάδος τῆς πόλεως· οὗτος τισὶν ἱκετεύσασιν, χρυσίον ἐδάνεισεν, πίστει κατὰ τὸ σωτήριον ἔνταλμα δεδωκὼς

cessit, templum illis apud Charagmata facturus, sicuti fuerat pollicitus, his qui se salvaverant dedicandum.

59. DE STEPHANO APHRODISIEO QUI EXTRAXIT E CAPITE SCOLOPENDRAM.

Ut quid ex Asia venientem non producimus Stephanum, et amatoribus martyrum quae illius sunt enarrabimus? Sufficiunt enim haec, cum ad notitiam venerint, tam ad virtutem sanctorum exhibendam, quam ad affectum sanctos amantium augmentandum. Asianus erat Stephanus Aphrodisiadis civitatis. Hic quibusdam supplicantibus pe-

Digitized by Google

τὸ ἀργύριον, καὶ μηδὲν πρὸς ἀσφάλειαν ἑαυτοῦ κομισάμενος· γνήσιοι γὰρ ἦσαν οἱ τὸ χρῆμα λαμβάνοντες, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δεῖσθαί τινος τῶν ἀναγκαζόντων ὁμολογεῖν τοὺς ἀγνώμονας ὑπελάμβανεν· οἱ δὲ τῆς αὐτοῦ κατεγνωκότες ἁπλότητος, καὶ τὸ δοθὲν ἕρμαιον ποιεῖσθαι σπουδάζοντες, ποιοῦνται πονηρὰν ἀντὶ ἀγαθῆς ἀνταπόδοσιν· καὶ φαρμακείᾳ τὸν ἄνδρα μετέρχονται, ἐκ πρωΐας αὐτὸν θᾶττον ποιῆσαι γλιχόμενοι, ἵνα διὰ τὸ τῆς ἀναιρέσεως ἄδηλον, καὶ τὴν δίκην λαθόντες ἐκφύγωσιν, καὶ τὸ δανεῖον μὴ ἐκτίνωσιν· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτοῖς τὸ ποθούμενον· ἐλογίζοντο δὲ τάχα καὶ τοῦτο καθ'

cuniam commendavit, fide secundum salutare mandatum pecuniam dans, et nil ad sui securitatem percipiens; propinqui enim erant hii qui pecuniam acceperant, et idcirco necessarium non esse arbitratus est quicquam profiteri, ut soliti sumus exigere ab his quos futuros suspicamur ingratos. At illi eius deprehendentes simplicitatem, et quod datum fuerat lucrificare festinantes, faciunt malignam pro bona vicissitudinem, et virum maleficio impetunt, hunc e medio ablatum citius invisibilem facere gestientes, ut per interemptionis incertum, et iudicium delitescentes effugerent, et mutuum non persolverent; hoc enim desiderium erat illis. Cogitabant autem apud se fortassis mi-

Digitized by Google

ἑαυτοὺς οἱ τρισάθλιοι, ὡς τοὺς ἀνθρώπους εἰ λάθοιεν, καὶ τὸ ὄμμα κυρίου τὸ ἀκοίμητον λήσονται.

Ἐφαρμάττετο μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ὁ Στέφανος, καὶ θάνατος ἦν ὁ σκοπὸς τοῦ φαρμάζοντος· ὃν σκέπῃ μὲν θεοῦ καὶ βουλῇ διαπέφευγε· πάντη δὲ τοῦ δηλητηρίου τὴν λώβην οὐκ ἔφυγεν, ἀλλ' αἱμορραγίας ὑποπίπτει νοσήματι, καὶ ἡμέρας ἑκάστης τὸν οἰκεῖον ἔβλεπε θάνατον, αἵμασι ῥέων διὰ γαστρὸς καὶ τοῦ στόματος, καὶ πάντας ἐκπλήττων τῷ πλήθει τῆς ῥεύσεως, καὶ βοᾶν ἀναγκάζων τοὺς βλέποντας, ὡς θάνοι πάντως πρὸ τῆς τοῦ αἵματος στάσεως· οὕτω καθ' ὥραν κινδυνεύων ὁ Στέφανος, καὶ κατὰ ῥύσιν αἵμα-

serrimi, quod si homines latere potuissent, et oculum Dei, qui non dormit, latere nihilominus valuissent.

Denique ut dixi maleficio Stephanus impetebatur, et maleficii mors erat intentio; quam protectione Dei et voluntate diffugit quidem, sed maleficii laesionem penitus non evasit; verum fluxus sanguinis languorem incurrit, et per singulos dies mortem suam intuebatur, sanguinem super sanguinem fundens per os simul et ventrem, et omnes in admirationem agens prae multitudine fluxus, cunctosque clamare qui videbant compellens, quod moriturus esset ante sanguinis sta-

Digitized by Google

τος ὑποπτεύων τὸν θάνατον, καὶ μὴ τυχὼν ἰατροῦ τοῦ τὸν θάνατον ἐκδιώκοντος, ἐπὶ Κῦρον ἔπλει τὸν μάρτυρα καὶ Ἰωάννην τὸν Κύρου συνόμιλον· τούτους ἐκ χρυφίων πυθόμενος, μόνους μετὰ θεὸν θεραπεῦσαι δυναμένους τὸ νόσημα, καὶ τῆς παρούσης ἀνάγκης λυτρώσασθαι· εἰς οὓς ἀφικόμενος, καὶ δεήσεις αὐτοῖς ἐνεγκάμενος, ἠκούσθη τε, καὶ τῶν κινδύνων ἐσώζετο· φανέντες γὰρ κατὰ τοὺς ὕπνους οἱ ἅγιοι, πρᾶσα φαγεῖν ἐπιτάττουσιν μὴ προσαχθέντα πυρί τε καὶ νάμασιν· ἅπερ φαγὼν ὡς κεκέλευστο, τῆς μὲν τῶν αἱμάτων ἀπηλλάττετο ῥεύσεως, καὶ τῆς τελείας οὕτως ἐπέτυχε ῥώσεως.

Νὺξ ἦν καὶ πρὸ τοῦ τῶν ἁγίων ἵστατο μνή-

tum Dum sic Stephanus per singulas horas periclitabatur, et mortem per sanguinis fluorem suspicabatur, et medico non invento qui mortem repelleret, ad Cyrum navigabat martyrem et Iohannem huius martyris comparem, hos comperiens ex milibus solos post Deum curare posse languorem. Ad quos cum venisset, et preces eis enixius obtulisset, auditus est, et a periculis salvabatur. Sancti enim apparentes in somnis, porros manducare praecipiunt, neque igni neque aquis allatos; quos cum sicuti iussus est manducasset, et a fluxu sanguinis liberatus, et perfectam sic adeptus est sanitatem.

Digitized by Google

ματος, καὶ ταύτης τυχεῖν ἐλιτάνευε γονάτων κάμψεσι χρώμενος, καὶ ταῖς τοῦ μετώπου πρὸς γῆν κατανεύσεσιν· καὶ τοῦτο ποιοῦντος αὐτοῦ, καὶ ποτὲ μὲν ἀνισταμένου, ποτὲ δὲ πρὸς γῆν κατανεύοντος, ἡ κορυφὴ κατὰ μέσης ἀνοίγεται, καὶ ταύτης ἐκπηδᾷ καὶ πίπτει σκολόπενδρα· θηρίον τοῦτον ἠρίθμοις * ποσὶν εἰλυσπώμενον, ἀσπίδι τε μικρᾷ παραπλήσιον· ἧς ἐκπεσούσης καὶ φυγῇ χρησαμένης ὡς τάχιστα, ὁ Στέφανος ἔκθαμβος ἵστατο· καὶ ψηλαφήσας ἑαυτοῦ τῆς κεφαλῆς τὸ μεσότατον, ὅθεν ἐξελθοῦσαν ᾔσθετο τὴν σκολόπενδραν, τραῦμα μὲν κατὰ τὸν τόπον οὐχ εὗρισκεν, ἡ ῥύσιν αἵματος κατεμάνθανεν, ὑγρότητός δέ τινος καὶ χαυνότητος τῶν ὀστέων

* ita cod.

Nox erat et ante sanctorum monumentum astabat, et hanc consequi precabatur genibus flexis, et frontis nutibus in terram defixis. Et cum hoc faceret, et aliquando quidem e contra staret, alioquin vero in terram se se curvaret, vertex per medium aperitur, et ex hoc salit et cadit scolopendra, quae est bestia numerosis pedibus gradiens aspidique pusillae simillima. Qua ruente et fugam quantocius ineunte, stupefactus Stephanus stabat palpansque capitis sui medium, unde scolopendram illam senserat exisse, nec vulnus in loco inveniebat, nec fluorem sanguinis agnoscebat, sed tantum humorem quemdam, et

Digitized by Google

ἐπήσθετο· καὶ οὕτω τυχὼν τῆς ἰάσεως, εἰς ἔτι καὶ θαυμάζειν καὶ τεθηπέναι ποιεῖ τοὺς ἀκούοντας, καὶ συνυμνεῖν αὐτῷ τὴν τῶν ἁγίων ἀξιάγαστον δύναμιν· ἡμεῖς δὲ πάλιν καὶ ἐνταῦθα τοὺς θαυμαΐουρΓοὺς ὑμνήσανΐες μάρΐυρας, θαυματουργίας ἄλλης αὐτῶν μνημονεύσωμεν.

## ξ. ΠΕΡΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΕΣΧΗΚΟΤΟΣ ΤΟ ΠΥΡΩΜΑ.

Τὸν ἐκ ΒυζανΐΙου Θεόδωρον οὐχ ἡμεῖς πρὸς διήγησιν ἄγομεν, ἀλλὰ πάλιν καλοῦσιν οἱ ἅγιοι, ὥσπερ καὶ πρότερον πάσχοντα, πρὸς θεραπείαν ἐκάλεσαν· πάνΐων γὰρ τῶν ἐπὶ γῆς ἴσην ποιούμενοι πρόνοιαν, καὶ τοὺς γειτνιῶντας αὐ-

laxationem ossium advertebat. Qui taliter sanitate fretus *, eatenus miratur et obstupescit, et audientes mirari facit et obstupescere, secumque laudare sanctorum dignam admiratione virtutem. Porro nos et hic iterum martyras miraculorum operatores laudantes, alterius eorum patrati miraculi faciamus memoriam.

* fruitus?

## 60. DE THEODORO BYZANTIO QUI INCENDIUM HABUIT.

Non nos a Byzantio ad narrationem Theodorum ducimus, sed sancti hunc iterum vocant, quemadmodum dum pateretur, ad curationem prorsus vocaverant; omnium quippe, qui supra terram,



Digitized by Google

τοῖς παθῶν ἀπαλλάττουσιν, καὶ τοὺς πόρρω διάγοντας ἀφικνεῖσθαι προτρέπουσιν, καὶ παρ' αὐτῶν τὴν ἴασιν δρέπεσθαι· ὥσπερ λειμῶνος φαιδροῦ καὶ μὴ λήγοντος εὐώδεις τῶν ἄνθεων τοὺς κάλυκας· ἠῤῥώστει μὲν καὶ Θεόδωρος, καὶ τόπος τῆς ἀῤῥωστίας ἦν τὸ Βυζάντιον· αἴτιον δὲ τὸ τοῦ ποδὸς ἀκατάσβεστον πύρεθρον· ὃ λαβρώτερον πῶς ἀναπτόμενον, τὸν εὐώνυμον αὐτοῦ πόδα κατέφλεγεν, τόπον αὐτοῦ κἂν βραχὺ οὐκ ἐῶν ἀκαΐάφλεκτον, ἀλλ' ὅλον ἀμείψας πρὸς ἕτερόν τι ἡ ποδὸς ἀφομοίωμα· ἰατρῶν δὲ σοφισταὶ καὶ ἡγούμενοι τὸ λαμπρὸν τῆς τέχνης ἀπάνθισμα, σὺν ὑπουργοῖς καὶ μειρακίοις εἰστρέχοντες, καὶ τὸ πύῤῥοπον ἐκεῖνο νόσημα σβέσαι

aequam providentiam facientes, et eos qui vicini sibi sunt a passionibus liberant, et qui procul degunt, venire, et a se sanitatem, quasi a prato delectabili et amoeno boni odoris florum calycas metere cohortantur. Infirmabatur enim Theodorus, et infirmitatis locus erat Byzantium. Causa vero infirmitatis eius erat inextinguibile incendium, quod valentius succensum, sinistrum eius inflammabat pedem, locum illi non sinens saltem modicum incombustum, sed totum reddens ad aliud quid, quam pedis similitudinem. Medicorum vero sophistae ac duces, qui flores erant artis clarissimi, cum ministris et pueris accurrentes, et

Digitized by Google

σπουδάζοντες, ἀσθενεῖς πρὸς τὴν τούτου σβέσιν ἠλέγχοντο.

Ὥσπερ γὰρ πυρὸς ἐπισχύσαντος, πᾶν ὅσπερ πρὸς τὴν αὐτοῦ προσενεχθείη κατάσβεσιν, ὕλη γίνεται καὶ φλὸξ ἀκαταύναστος, παντὸς τοῦ δοθέντος εἰς φύσιν εὐθὺς πυρὸς μεταβάλλοντος· οὕτω κἀνταῦθα σφοδροῦ τυγχάνοντος τοῦ πυρώματος, πᾶν ὅπερ ἰατροὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ παῦλαν προσέφερον, ηὔξε μᾶλλον τὸ νόσημα, καὶ συνηύξε δὲ καὶ τὴν φλόγωσιν, καὶ μικροῦ πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα τὸ πάθος κατέφλεξεν, πυρὸς δίκην βοσκόμενον· εἰ μὴ μάρτυρες οἱ φιλάνθρωποι πανταχοῦ παρόντες καὶ πάντα γινώσκοντες, καὶ τὴν νόσον νοήσαντες, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐποι-

fervidum illum languorem extinguere festinantes, infirmi esse ad huius extinctionem convincebantur.

Sicut enim igne praevalescente, omne quod ad ipsius allatum fuerit extinctionem fomes efficitur, et flamma quae non mitigatur, omni quae data fuerit specie, in naturam statim ignis translata, ita et hïc cum validum esset incendium, omne quod medici ad ipsius cessationem afferebant, augmentabat potius languorem, et coaugmentabat pariter inflammationem. Et paene totum ipsius corpus passio combureret, ignis more depascens, nisi misericordissimi martyres ubique praesentes, et omnia cognoscentes, et languorem intellegentes, et

Digitized by Google

κτείραντες, καὶ τὴν θεραπείαν δωρήσασθαι θέλοντες, Ἰωάννην τὸν διάκονον, οὗ καὶ πρώην ἐμνήσθημεν, ὅτε τὸ θαῦμα τῆς πεσούσης παιδὸς συνετάττομεν, τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ Βυζαντίου γενόμενον, καὶ τὸν ἄνδρα γνωρίζοντα, δηλοῦν αὐτῷ δι' ἐνυπνίων πορώτρυναν ὡς αὐτοὺς ἐλθεῖν καὶ σωτηρίαν κομίσασθαι.

Ὁς Ἰωάννου τὸ γράμμα δεξάμενος, καὶ πιστεύσας τοῖς γράψαι κελεύσασιν, ἠγνόει γὰρ ὁ διάκονος εἰ πάθει τοιούτῳ κρατεῖται Θεόδωρος, εἰς πλοῖον εὐθέως εἰσέρχεται, καὶ τὸ τῶν ἁγίων κατέλαβε τέμενος, ἀψευδεῖς ἀρραβῶνας ἔχων τῆς ῥώσεως τὰ πρὸς τῆς αὐτῶν γραφέντα κελεύσεως γράμματα· ἐλθόντα γοῦν αὐτὸν καὶ πει-

hominem miserantes, et curationem donare volentes, Iohannem diaconum, cuius et prius fecimus mentionem cum miraculum puellae quae ceciderat exponeremus, qui et ipse de Byzantio fuit, et hominem cognoscebat, intimare illi per somnium exhortati fuissent, ad se venire et salutem percipere.

Qui Iohannis recepta epistola, credens his qui scribere iusserant, ignorabat enim si passione tali teneretur Theodorus, navim statim ingreditur et sanctorum venit ad templum arrabonas sanitatis habens non mentientes ad se litteras scriptae iussionis. Cum ergo venientem et vocationi-

Digitized by Google

σθέντα ταῖς κλήσεσιν ἑωρακότες οἱ κλήτορες, θᾶττον αὐτὸν ἀπολύουσιν ἀκεσάμενοι, δῶρον τὸ τάχος τῆς εἰς αὐτοὺς χαριζόμενοι πίστεως· καὶ βραχὺς μὲν ὁ χρόνος γέγονε τῆς ἰάσεως· τῆς δὲ νόσου τὸ φάρμακον, καὶ τοῦ πυρὸς ἐκείνου σβεστήριον, πιλὸς ὑπῆρχε λυόμενος ὕδατι καὶ χριόμενος, ᾧ τῶν κνηδίων τὰ στόματα φράττουσιν οἱ τὸν οἶνον τὸν κνήδιον γεωργοῦντες αἰγύπτιοι· τοῦτον γὰρ οἱ πανεύφημοι μάρτυρες, ὄναρ ὀφθέντες ποιῆσαι προσέταξαν. Θεόδωρος γοῦν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ γράμματος τυχὼν τῆς ἰάσεως, ᾄσας ᾠδὴν χαριστήριον, εἰς τὸ Βυζάντιον ἔπλευσεν· ἡμεῖς δὲ καὶ τούτου χάριν τοῦ θαύματος, καὶ τῆς πρὸ τοῦ θαύματος κλήσεως,

bus parentem invitatores vidissent, maturius eum praestita sanitate dimittunt, donum ocius tribuentes in se habitae fidei. Et sanitatis quidem tempus brevissimum fuit; languoris autem medela et illius extinctio, lutum erat aqua solutum ad liniendum, quo doliorum aegyptii obstruunt ora, qui vinum excolunt. Hoc enim laudabiles martyres in somnis apparentes, facere praeceperunt. Theodorus itaque secundum repromissionem epistolae sanitate percepta, cantans canticum gratiarum, Constantinopolim navigavit. Nos autem et huius miraculi causa, et ante miraculum vocationis, eos qui invitaverunt et miraculum pa-

Digitized by Google

τοὺς κεκληκότας καὶ τὸ θαῦμα πράξαντας ὑμνωδήσαντες, ἐπ' ἄλλου θαύματος διήγησιν πλεύσωμεν.

ξα. ΠΕΡΙ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΤΟΥ ΜΑΚΡΟΚΩΜΗΤΟΥ ΤΟΥ ΗΠΑΡ ΠΑΣΧΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΣΥΡΙΓΓΑ ΕΧΟΝΤΟΣ.

Ἴδωμεν δὲ καὶ Φιλήμονα τὸν διάκονον, καὶ τὸ διπλοῦν αὐτοῦ καταμάθωμεν νόσημα, καὶ τὴν διττὴν αὐτοῦ θεωρήσωμεν ἴασιν· πάρεστιν γὰρ ὁ ἀνὴρ σὺν δρόμου ῥυξήμασιν, ἐκ Φοινίκης ἡμῖν ἀφικόμενος, καὶ μακρᾶς κώμης τῆς ἐκεῖσε λαχούσης τὴν δόμησιν· πάρεστι γοῦν τῷ γράμματι, τὰς νόσους ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, καὶ

traverunt hymnis celebrantes, ad narrationem alterius miraculi navigemus.

61. DE PHILEMONE MACROCOMITE (1) QUI IECORIS VITIO LABORABAT FISTULAMQUE HABEBAT.

Videamus autem et Philemonem diaconum, et duplicem eius addiscamus languorem, conspiciamusque ipsius duplicem sanitatem. Praesto est vir, cum magnis cursus motibus ad nos a Phoenice profectus, et a longo castello quod illic sortitus est aedificium. Praesto est ergo scripto, nobis languores [et quae languores] insequuntur medi-

(1) Dic *macrocometa*, a patria *Macrocome*, *longo castello*.

Digitized by Google

τὰ τὰς νόσους ἡμῖν ἐλάσαντα φάρμακα, ἃ καὶ νῦν γράφεσθαι βούλεται, καὶ πανταχόσε κηρύττεσθαι πρὸς εὐφημίαν τῆς Κύρου καὶ Ἰωάννου δυνάμεως, τῶν οὐδαμινοῖς καὶ ψιλοῖς βοηθήμασιν ἰσχυρὰ καὶ μεγάλα παυόντων νοσήματα· οὐκοῦν καὶ ταῦτα τοῖς προλαβοῦσι συνλάξωμεν, τῆς εἰς τοὺς ἁγίους εὐνοίας αὐτὸν ἀγασάμενοι.

Πάθη δύο δεινὰ καὶ δυσίατα προσῆν τῷ Φιλήμονι, ἓν μὲν τὸ τοῦ ἥπατος ἀεὶ πιάζον, καὶ θανάτου ποιοῦν παραπλήσιον· τὸ δεύτερον δὲ τῆς σύριγγος, ὃ τὸ τράχηλον αὐτοῦ κληρωσάμενον, κρουνὸν αὐτὸν ἐκπτύειν ἐκ τραχήλου πεποίηκεν· καὶ ταῖς μὲν ἀλγηδόσι τοῦ ἥπατος καιρὸς προσενέμετο καὶ χρόνου περίοδος, καθ' ἣν ἔσφριγον

camenta demonstrans; quaeque scribi vult et ubique praedicari ad laudem Cyri Iohannisque virtutum, qui exilibus exiguisque adminiculis fortes magnosque languores compescunt. Ergo et haec cum prioribus ordinemus, eum benivolentiae circa sanctos habitae admirantes.

* hellenismus.

Passiones duae atroces, et quae difficile sanari possunt, Philemoni aderant: harum quidem altera hepatis, semperque deprimens, et morti faciens similem: altera vero fistulae quae collum eius sortita, fontem, id est pus, defluentem de collo fecit. Et doloribus quidem hepatis definitum tempus, et temporis circuitus tribuebatur, in quo cre-

Digitized by Google

αὗται καὶ ἤκμαζον καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐβασάνιζον, καὶ καθ' ἣν ἐνεδίδοσάν τε καὶ ἡσύχαζον, καὶ τὸν ἄνθρωπον εἴων ἀνόδυνον· ταῖς δὲ τῆς σύριγγος εὐρέσεσιν χρόνος οὐχ ὥριστο, οὐδ' ἐναλλὰξ γιγνομένη περίοδος, ἀλλ' ἀεὶ τοὺς ἰχῶρας αὗται καταφέρον, καὶ ἀληθῶς ἡνίων τὸν ἄνθρωπον· διὰ ταῦτα παρενοχλῶν ἰατροῖς οὐκ ἐπαύετο· καὶ ὡς τούτων σφοδρῶς αἰκιζόμενος, ἐπεζήτει τοὺς κρείσσονας, καὶ ποτὲ μὲν ἐκείνους, ποτὲ δὲ τούτους ἐδίωκε, παρ' ἑκατέρων δὲ μηδὲν ὀφεληθεὶς ἀπελύετο.

Ὡς μὲν οὖν ἰατροὺς πλείονας ἤλλαξεν, καὶ τὰς νόσους ἀλλάττειν οὐχ εὗρισκεν, ἐπὶ Κῦρον καὶ Ἰωάννην ἦλθε τοὺς μάρτυρας, παρ' οἷς ἐν

scebant hi et vigebant et hominem alternantibus vicibus cruciabant, et in quo recedebant et quiescebant et sine dolore nonnumquam hominem dimittebant; effusionibus autem tempus definitum nullum erat, nec alternus factus earum circuitus, sed iugiter sanies se deorsum mittebant, et sine requie hominem tribulabant. Propterea molestus esse medicis non cessabat, et cum his * valide verberatus, meliores quaerebat; et modo quidem illos, modo vero istos prosequebatur, ab utrisque autem nil adiutus dimittebatur.

* ita cod.

Ergo cum medicos plurimos commutasset, et languores qualiter mutasset, minime invenisset,

Digitized by Google

πίστει γενόμενος, ὑγείας μὲν τὰς νόσους ἠλλάξατο, ἄλλους δὲ πάλιν ἰατροὺς οὐκ ἐνήλλαξεν· ὃν γὰρ οἱ ἅγιοι θεόθεν δεξάμενοι παθῶν οὐ βουληθῶσι λυτρώσασθαι, οὐδὲ πᾶς αὐτῶν ὁ τῶν ἰατρῶν κόσμος λυτρώσηται· ἀλλ' ἐπὶ τὸ λειπόμενον τῆς διηγήσεως ἔλθωμεν, καὶ τὴν θεραπείαν εἴπωμεν τοῦ Φιλήμονος, ὥσπερ αὐτοῦ καὶ τὰς νόσους εἰρήκαμεν· αὕτη γάρ ἐστι τὸ γλυκὺ τῶν λεγομένων κεφάλαιον· ἐκάθευδεν δὲ ἐπὶ τῆς στρωμνῆς ὁ διάκονος, καὶ οἱ μάρτυρες αὐτῷ κοιμωμένῳ παρίσταντο· καὶ ὁ μὲν αὐτοῦ τὸ ἧπαρ ἐσκόπευεν, ὁ δὲ κατενόει τοῦ τραχήλου τὴν σύριγγα· καὶ ὁ μὲν τὰς ὀδύνας τοῦ ἥπατος ἔπαυσεν, ὁ δὲ τὰς τῆς σύριγγος πηγὰς ἀνεξήρανεν·

ad Cyrum et Iohannem martyras venit, apud quos in fide repertus, languores quidem sanitate mutavit, sed nec iterum medicos commutavit. Quem enim sancti divinitus accepta gratia noluerunt a passionibus liberare, nec omnis medicorum mundus, ut ita fatear, liberabit. Sed ad narrationis residuum veniamus, et Philemonis curationem dicamus, sicut eius etiam languores ediximus, hoc enim est dulce dictorum capitulum. Dormiebat supra stratum diaconus, et martyres dormienti ei astabant, et alter quidem iecur eius attractabat, alter vero colli fistulam considerabat: et ille quidem dolores iecoris compescebat, iste namque

Digitized by Google

καὶ ἐπειδὴ ταῦτα ποιοῦντες ἐπαύσαντο, τάδε ποιεῖν ἀπιόντες ἐκέλευσαν, καὶ ἀμφοτέρων τελείαν τὴν ῥῶσιν κομίσασθαι· ὁ τῆς σύριγγος στήσας τὰ ῥεύματα, τρίψαι κιτρόφυλλα καὶ προσενέγκαι τῷ πάθει προσέταξεν· ὁ τὸ ἧπαρ δὲ ταῖς ἁφαῖς ἰασάμενος, ἐλαίας ἐνέγκαι χλωρὰς· καὶ τὰς μὲν ἐσθίειν ἐθέσπισε, τὰς δὲ λιῶσαι, καὶ τὸν τόπον καταπλάσαι τοῦ ἥπατος· ἀναστὰς δὲ μετὰ τὸν ὕπνον ὁ ἀῤῥωστος, τὰς ἀμφοτέρων τῶν ἁγίων προστάξεις ἐπλήρωσεν, καὶ τὰς ἀμφοτέρων τῶν ἁγίων θεραπείας ἐδρέψατο· Φιλήμων οὖν ὁ θαυμάσιος οὕτω φυγὼν τὰ νοσήματα, καὶ λαβὼν τὰ ἰάματα, τοὺς δεδωκότας ὑμνῶν ἀπελήλυθεν· ἡμεῖς δὲ δι' ἀμφοτέρας τὰς ῥώσεις δίτ-

fontes fistulae desiccabat. Et quia cum haec fecissent cessaverunt, haec facere recedentes iusserunt, ut utriusque perfectam reciperet sanitatem. Qui ergo stare fecit fistulae fluxus, citri folia terere et ulceri afferre praecepit. Is autem qui tactibus hepar sanaverat, olivas deferre virides, et harum alteras manducare, alteras autem emollire, et locum iecoris cataplasmare praecepit. Ast infirmus surgens post somnium, utramque iussionem sanctorum implevit, et utrarumque curationes passionum percepit. Philemo ergo ille mirabilis, taliter languores effugiens, sanitatis dono recepto, eos qui contulerant collaudans abscessit.

Digitized by Google

τῶς ὑμνοῦντες τοὺς μάρτυρας, πρὸς ἄλλων ὕμνων μητέρα καὶ τροφὸν ἐπαγγελίαν προσέλθωμεν.

ξβ. ΠΕΡΙ ΡΟΔΟΠΗΣ ΕΣΧΗΧΥΙΑΣ ΕΚΒΡΕΣΜΑΤΑ.

Ἡ Ῥοδόπη τὴν γραφίδα τροχάζουσαν, καὶ χαράττειν ἕτερα θαύματα σπεύδουσαν, τῆς ἐπὶ τούτοις πορείας ἐκώλυσε· καὶ ταύτην πρὸς ἑαυτὴν μετενέγκασα, γράφειν πρότερον τὰ κατ' αὐτὴν ἐβιάσατο, ὥσπερ ποτὲ παρελθόντας αὐτὴν καὶ μάρτυρας καὶ πρὸς ἄλλων ἀσθενῶν ἐπισκέψεσι, ἐκνεύσαντας ἀναποδίζειν ἐτόλμησεν, καὶ τὴν αὐτῆς ποιεῖσθαι μετὰ πάντων ἐπίσκεψιν· εἰ καὶ μηδὲν ὤνησεν τοῦτο ποιήσασα, τοῦ θανά-

Porro nos ob utramque sanitatem dupliciter hymnis martyras prosequentes, ad aliorum hymnorum relationem matrem ac nutricem accedamus.

62. DE RHODOPE QUAE HABUIT EBULLIENTES CARBUNCULOS.

Rhodope stilum * rotantem et exarare alia miracula festinantem, ab itinere ad haec inhibuit, et hunc ad se transferens, scribere prius, quae de se gesta sunt, compulit; qualiter videlicet aliquando praetereuntes eam martyras, et ad aliorum infirmorum visitationes divertentes, impedire praesumpserit, et sui facere cum omnibus visitationem; licet hoc facto nihil profecerit, mortem sa-

* *cod.* descriptionem.

Digitized by Google

του τὴν ῥῶσιν προφθάσαντος, καὶ τὴν τῶν ἁγίων ἀρωγὴν ἀνακόψαντος· οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν ἁγίων συγγράφοντες, καὶ τὴν πρὸς πάντας αὐτῶν ἀγαθὴν συγκατάβασιν φράζοντες, αὐτοὺς μιμησώμεθα, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν ἀναγράψωμεν, οὐκ ἐῶντες αὐτὴν ἀμνημόνευτον.

Ῥοδόπη γέννημα μὲν ἦν Θεουπόλεως, ἣ πάσης ἑῴας προκάθηται, Ἀντιόχου κληθεῖσα τοῦ βασιλέως ἐπώνυμος, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ προὐχούντων γένει καὶ πλούτῳ προέλαμπε· χρόνον δὲ συχνὸν Ἀλεξάνδρειαν ᾤκησεν, Ἰωάννην ἔχουσα σύμβιον, καὶ σὺν αὐτῷ ποιησαμένη τὴν εἰς αὐτὴν ἐπίβασιν, ὃς ῥητορικῶν μὲν λόγων ὑπῆρχε

nitatem praeveniente, sanctorumque auxilium recidente. Ergo et nos quae sanctorum sunt conscribentes, et bonam eorum ad omnes condescensionem edisserentes, imitemur eos, et ea quae circa ipsam gesta sunt conscribamus, illam sine commemoratione minime deserentes.

Rhodope genimen erat quidem Theupoleos, quae omni praesidet orienti, Antiochi vocata regis cognomine, et principantium in ea prosapiae ac divitiarum claritate praefulgida. Tempore vero multo Alexandriae habitavit, Iohannem maritum habens, cum quo ad illam ascendit, qui rhetoricorum magister erat sermonum, et Eulogii, magni fidei praedicatoris, discipulus intimus,

Digitized by Google

διδάσκαλος (1), Εὐλογίου δὲ τοῦ μεγάλου τῆς πίστεως κήρυκος μαθητὴς γνησιώταῖος, πᾶσι δὲ τοῖς ἄλλοις πηγάζων ὀφέλειαν, ἣν Εὐλογίῳ τῷ θείῳ περιόντι συνὼν ἐθαύρισε· τούτου σύζυγος ἡ Ῥοδόπη τυγχάνουσα, καὶ καθὰ τήνδε τὴν πόλιν Ἀλεξάνδρου διάγουσα, νόσον τὴν τελευταίαν ἐνόσησεν, καθ' ὅλου τοῦ σώματος ἄνθρακας ἐξανθήσασα· ὡς δὲ μικρὸν τῶν νόσων ἐραίσεν, καὶ τῶν ἀνθράκων οὐ πολὺς ὁ θυμὸς ἐπεφαίνετο, ἐμβραδύνειν δὲ μόνον οὗτοι τῷ σώματι τοῖς ἰατροῖς ἐνομίζοντο, Κύρου καὶ Ἰωάννου τὸ τέμενος ἐπόθει τὸ γύναιον, ἵνα τούτων ἀρωγῇ καὶ κελεύσματι ταχυτέραν ποιήσηται τὴν τῶν ἀνθράκων ἀπόθεσιν· καὶ δὴ παραγίνεται, καὶ νύ-

quique aliis propinabat utilitatem, quam ab Eulogio sacratissimo dum supererat cum ipso commorans hausit. Huius cum esset coniux Rhodope in ea Alexandri civitate degens, extremum languorem perpessa est, per totum corpus eius carbunculis efflorentibus. Cumque pauxillum languor lenior fieret, et ille multus carbunculorum furor in superficie apparuisset, retardarique ista in corpore a medicis aestimarentur, ad Cyri Iohannisque basilicam venire muliercula cupiebat, ut horum ope ac iussione, festinatiorem carbuncu-

(1) Ad hunc Iohannem puto scriptas Procopii epistolas illas, quas a me editas in class. AA. tomo quarto habes.

Digitized by Google

κτωρ καθεύδουσα βλέπει τοὺς μάρτυρας, τὰς τῶν ἀῤῥώστων περιπολεύοντας φάλαγγας, καὶ πᾶσι καθ' ἕνα προσβάλλοντας, καὶ τὰς ἰάσεις ἑκάστῳ παρέχοντας· καὶ τούτῳ μὲν τοῦτο, ἄλλῳ δὲ ἄλλο ποιεῖν ἐπιτάττοντας· ἀπ' ἀρχῆς μὲν οὖν ἀρξάμενοι, καὶ μέχρις αὐτῆς φησὶ τὸν καθεξῆς ἰατρεύοντες, καὶ ἐπ' αὐτὴν ἀφικόμενοι, καὶ ὡς ἀποῦσαν αὐτὴν παραβλέψαντες, καὶ καταλείψαντες ἀνεπίσκεπτον, ἐπὶ τὸν μετ' αὐτὴν ἀνακείμενον ἔρχονται· καὶ τοῦτον ἐπισκεψάμενοι, καὶ ποιεῖν τὰ πρὸς ὑγείαν θεσπίσαντες, ἐπὶ τὸν μετ' αὐτὸν παραγίνονται· κἀκεῖθεν ἐπὶ τοὺς ἑξῆς κειμένους ἀπίεσαν.

Ἡ δὲ ὡς παρελθόντας ἴδεν τοὺς μάρτυρας, καὶ μηδαμῶς αὐτὴν θεωρήσαντας, μηδὲ ποιεῖν

lorum depositionem acciperet. Et ecce pervenit. Quae noctu dormiens, martyras aspicit phalangas aegrotantium peragrantes, et per singulos contra omnes congredientes, et sanitates unicuique conferentes; et huic quidem hoc, aliis autem aliud facere praecipientes. A principio ergo inchoantes, et usque ad eam, quasi subsequens esset, medendo pervenientes, et veluti absentem illam despicientes sineque consolatione derelinquentes, ad eum qui post hanc erat adveniunt, et deinceps ad ceteros iacentes progressi sunt.

Quae cum transeuntes martyras aspexisset, et

Digitized by Google

τί πρὸς σωτηρίαν κελεύσαντας, ἔτι δὲ πλησιάζοντας, καὶ οὐ πολὺ αὐτῆς ἀφεστῶτας διάστημα, τάδε πρὸς αὐτοὺς ἀπεφθέγξατο· ὦ Χριστοῦ τοῦ δεσπότου θεράποντες, καὶ μιμηταὶ τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀγαθότητος· ὦ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀλεξίκακοι, καὶ τῶν ἡμετέρων παθῶν ἰατροὶ θεοδώρητοι· ὦ πάσης νόσου διώκται θεόπεμπτοι, καὶ πάσης θεραπείας δοτῆρες ἀέναοι, ταύτης ἕνεκα κἀγὼ τῆς πρὸς πάντας ὑμῶν ἀρωγῆς παραγέγονα, μὴ μόνον ἰδεῖν ἀλλὰ καὶ μετασχεῖν ποθοῦσα τῆς χάριτος, καὶ σὺν πᾶσιν ἀπολαῦσαι τῆς ῥώσεως, ἣν ὑμεῖς πᾶσιν ἀφθόνως τοῖς πρὸς ὑμᾶς ἐρχομένοις χαρίζεσθε· τί οὖν εἰς ὑμᾶς ἁμαρτήσασάν με παρίδετε; ἢ ποίαν

se nequaquam intuitos, nec facere ad salutem quicquam iubentes, quin immo appropinquantes et non multo ab ea intervallo distantes, haec ad eos profata est: o Christi domini famuli et imitatores ipsius erga nos habitae bonitatis, o vos qui si qua sunt noxia humanae naturae depellitis, divinitus passionum nostrarum dati medici, a Deo missi cunctorum insecutores languorum, et omnis curationis datores perpetui, propter hanc opitulationem vestram, quae est erga nos, et ego veni, non solum videre, sed et participari desiderans gratiae, et cum omnibus perfrui sanitate, quam vos omnibus qui ad vos accedunt donatis;

Digitized by Google

τῶν ὑμετέρων κελεύσεων (παραβᾶσαν) ἀνεπισκέπτως παρέλθατε; ἢ τί καθ' οἷον δὴ τρόπον λυπήσασαν, τῶν φιλανθρώπων ὑμῶν δωρεῶν ἐστερήσατε; κἀγὼ μὲν οὐδὲν ἐμαυτὴν οἶδα τῶν τοιούτων εἰς ὑμᾶς πλημμελήσασαν· εἰ δέ τι τῶν εἰρημένων μοι πέπραχται, καὶ λήθης ἱματίων καλύπτεται, τοῦτό μοι δέομαι φράσατε, καὶ σύντομον αὐτοῦ ποιήσομαι τὴν διόρθωσιν.

Τούτων οἱ ἅγιοι πρὸς τῆς Ῥοδόπης ἀκούσαντες, οὐχ ἀτιμάζουσιν αὐτῆς τὴν ἀμώμητον δέησιν, ἀλλὰ πρὸς αὐτὴν ἐπιστρέψαντες, τοιούτοις αὐτὴν καὶ αὐτοὶ παραμυθοῦνται τοῖς ῥήμασιν· οὐχ ὡς εἰς ἡμᾶς, ὦ γύναι, πλημμελήσασαν

ut quid ergo me in vos peccantem despexistis? aut quam iussionum vestrarum me transgressam, sine consolatione transistis? aut quare me quoquomodo vos contristantem misericordibus muneribus vestris privastis? Et ego quidem nil novi me in vos huiusmodi deliquisse. Si vero a me quicquam eorum quae dicta sunt perpetratum, et oblivionis veste coopertum est, hoc mihi obsecro dicite, et hoc ipsa concite corrigam.

His sancti a Rhodope auditis, non inhonorant eius immaculatam deprecationem, sed conversi ad eam talibus illam et ipsi sermonibus consolantur: non tamquam quae in nos deliqueris, o mulier, te praeterivimus, neque tamquam quae quip-

Digitized by Google

παρήλθομεν, οὐδ' ὡς τί τῶν ἡμετέρων ὡς ἔφης προσταγμάτων πατήσασαν, ἀλλ' ὅτι σου τὴν ἀνάλυσιν ἐγγύζουσαν βλέπομεν, καὶ τοῦ προσκαίρου βίου τὸ πλήρωμα, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς τὴν ἀπόθεσιν, καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κοιμήσεως τὴν ἀπαραίτητον ἄφιξιν· ὧν οὐχ ἡμεῖς δοτῆρες ἢ διώκται τυγχάνομεν, ἀλλὰ Χριστὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ δεσπότης καὶ πρύτανις, ὁ ζωῆς καὶ θανάτου καθέχων τοὺς οἴακας· τί οὖν ἡμεῖς πρὸς ταῦτά σοι δράσομεν; ἢ ποίας ἀθανασίας ὀρέξομεν φάρμακον; εἰς τί δὲ καὶ ἡ ῥῶσις δοθήσεται; ἢ τί τῆς θεραπείας τὸ χρήσιμον; τίς δ' ὁ ταῦτα πρὸς ἡμῶν κομισόμενος; ἢ τίς ὁ τούτοις ἐνθρυφῶν δωρήμασιν; σὺ γὰρ μετὰ βραχυτάτου καιροῦ τὰ τῶν βροτῶν καταλείψα-

piam ex nostris ut ais praeceptis calcaveris, sed quia resolutionem tuam videmus appropiare et temporalis vitae consummationem, et praesentis depositionem, et in Christo inevitabilem dormitionis accessum, quorum omnium non nos datores vel persecutores sumus, sed Christus omnium Deus et dominator et princeps, qui vitae ac mortis retinet gubernacula. Quid ergo nos ad haec tibi patrabimus, aut immortalitatis porrigemus remedium? In quo autem sanitas dabitur? aut quae est curationis utilitas? Quis vero est qui haec a nobis ferat? vel quis qui horum potiatur mune-



Digitized by Google

σα, τὴν πάντων ὁδὸν ὁδεύσεις ὑπνώσασα, ἣν ἀπόστολοι καὶ προφῆται καὶ μάρτυρες ὥδευσαν, καὶ Χριστὸς αὐτὸς ὁ τῆς ζωῆς ἀρχηγὸς γενόμενος ἄνθρωπος· εἰ καὶ τριταῖος ἀναστὰς τοὺς τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν ἀρραβῶνας παρέσχετο· ἐγερθεῖσα γοῦν ἄπιθι, καὶ τὴν ἑστίαν κατάλαβε πρὶν ἢ σε ψυχῆς ἐκ τοῦ σώματος καταλάβοι διάζευξις· καὶ ταῦτα μὲν φήσαντες, ἀπῆλθον οἱ ἅγιοι· αὐτὴ δὲ πρωΐας εἰς πόλιν ἀφίκετο, καὶ θαυμάζοντι τῷ ἀνδρὶ τῆς ἐπανόδου τὸ σύντονον, τὴν τῶν μαρτύρων προφητείαν ἀπήγγελλεν· καὶ μετ' οὐ πολλὰς τὰς ἡμέρας δεινῶς ἐπιβρύσαντος τοῦ νοσήματος, πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν, ὡς παρὰ τῶν ἁγίων ἐπύθετο· ἡμεῖς δὲ

ribus? Tu enim post paululum quae sunt mortalium deserens, viam cunctorum ibis, soporatura qua apostoli, prophetae, ac martyres abierunt, et Christus ipse auctor vitae factus homo, quamvis tertianus resurgens resurrectionis nobis arras praestiterit. Surge itaque vade, et ad domum propriam proficiscere, antequam te animae a corpore disiunctio capiat. Et his quidem dictis, sancti abierunt. Ipsa vero mane ad civitatem profecta est, et viro miranti reversionis compendium, prophetiam martyrum recitavit. Et non post multos dies dire gravescente languore, ad Deum profecta est, ut a sanctis didicerat. Nos autem etiam

Digitized by Google

κἀνταῦθα ἐωὶ τῇ προῤῥήσει τῆς Ῥοδόπης τελευτῆς, τοὺς προειπόντας θαυμάσαντες, καὶ τὴν περὶ αὐτῆς διήγησιν καταπαύσαντες, ἐπ' ἄλλου θαύματος ἀγωγὴν ἐκδημήσωμεν.

ξγ. ΠΕΡΙ ΕΛΠΙΔΙΟΥ ΤΟΥ ΕΚ ΠΕΡΙΕΡΓΕΙΑΣ ΔΟΝΟΥΜΕΝΟΥ ΤΟ ΠΡΟΣΩΠΟΝ.

Παρίτω μετὰ Ῥοδόπης Ἐλπίδιος, καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἑστιᾶτο τῷ κατ' αὐτὸν εὐθὺς διηγήματι· ἔστιν γὰρ τοῦτο λίαν ἱκανὸν πρὸς ἑστίασιν, καὶ τρέφειν εἰδὼς εὐσεβῶς τοὺς ἀκούοντας· οὗτος ἐχθροὺς ἔχων ὡς ἔοικεν ἀεὶ μοχθηρίαις συζήσαντας, καὶ παρανόμων ἔργων ἐργάτας τυγχάνοντας, περιεργείᾳ πρὸς αὐτῶν ὑποβάλλεται,

hic super vaticinio mortis Rhodopes, illos qui praedixerant admirantes, et narrationem de ipsa deserentes, ad alterius institutionem miraculi procedamus.

63. DE HELPIDIO EX MALEFICIO FACIEM QUATIENTE.

Praesto sit post Rhodopen Helpidius, et mox de se facta relatione reficiat auditores; est enim hoc satis idoneum ad epulationem, ac pie nutrire sciens audientes. Hic nimirum inimicos habens, qui cum semper nequiter viverent, et iniquorum operum operarii essent, maleficio ab eis summittitur, non maleficium per escam perpessus, aut

Digitized by Google

οὐ μαγγανίαν ὑποσπὰς διὰ βρώσεως, ἢ δηλητήριον λαβὼν διὰ πόσεως, ἀλλὰ πληγεὶς ἀφειδῶς διὰ δαίμονος, καὶ μυσαροῦ καὶ μέγιστα βλάπτοντος πνεύματος· ἀεὶ γὰρ αὐτοῦ πᾶν ἐδονεῖτο τὸ πρόσωπον· καθ' οὗ καὶ τὴν πληγὴν ὑπῆρξε δεξάμενος· ὅπερ ἀκουσίως καὶ βιαίως σειόμενον ἑαυτῷ, συνεσάλευε πᾶσαν ὁμοῦ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν τράχηλον· καὶ ταῦτα πάσχων πᾶσιν θέαμα συμπαθείας προέκειτο, πρὸς οἶκτον κινῶν τοὺς κινούμενον βλέποντας· ἐκεῖνον γὰρ τὸν Κάϊν ἐκ μέρους εἰκόνιζε, ταῖς τῶν προσώπων ἀπαύστοις κινήσεσιν, τὸν ἀδελφοκτόνου τιμὴν προαιρέσεως τὸ τρέμειν ἀεὶ κομισάμενον· καὶ τούτου δὲ χείρων ἐκλογεῖτο τὰς ὄψεις Ἐλπίδιος, καὶ τοῖς τρόμοις ὑπερβαλλόντως ἐτρύ-

venenum sumens in potu, sed plagis non parcentibus sauciatus, per daemonem tetrum ac laedentem plurimum spiritum; semper enim tota facies movebatur, in qua plagam susceperat, quae non sponte, sed vi agitata, totum secum commovebat caput simul et collum. Et cum haec pateretur, cunctis compassionis spectaculum adiacebat, ad miserationem commovens eos, qui hunc ita moveri videbant; Cain enim illum per inquietas facierum concussiones partim imaginabant, qui fratricidalis honorem * propositi, ut semper tremeret sortitus est; et quod hoc peius est, fa-

* *immo* poenam.

Digitized by Google

χετο· ὅσον θεὸς μὲν ἐκεῖνον φιλανθρώπως ἐκόλαζε, δαίμων δὲ τοῦτον μυσανθρώπως ἐμάστιζεν· οὕτω κάμνοντα τὸν Ἐλπίδιον, καὶ πρὸς πάντων ὁρώντων ἀληθῶς ἐλαυνόμενον, ἰατρῶν μὲν οὐδεὶς βοηθεῖν ἐνεχείρησεν, ἀλλ' οὐδὲ βλέπειν αὐτὸν ὅλως ἐτόλμησεν· ὑπὲρ τέχνην γὰρ τὴν αὐτῶν ἦν τὸ ἀῤῥώστημα, μόνῳ δὲ θεῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ θείοις θεράπουσιν, οἷς παρέσχεν ὅσα θέλουσι δύνασθαι, τὸ πάθος ὑπῆρχεν ἰάσιμον.

Τὰς Ἰωάννου δὲ καὶ Κύρου θαυματουργίας οἱ προσόντες ἀκούοντες, καὶ οὐ μόνον ἀκούοντες ἀλλὰ καὶ σαφῶς ἐπισταμένοι, γειτων γὰρ ἡ χώρα καθέστηκεν, καὶ τὰ τῶν ἀλεξανδρέων οὐχ

ciem vibrabat Helpidius, et tremoribus nimis affligebatur. Et Deus quidem illum misericorditer poenis afficiebat, daemon vero miserabiliter flagellabat. Sic laborantem Helpidium, omnes qui hunc intuebantur veraciter dignum misericordia decernebant; quamquam medicorum nullus hunc adiuvare conatus sit, sed nec aspicere omnino praesumpserit; super artem enim suam erat infirmitas, et soli Deo a divinis eius famulis, quibus praebuit quaecumque volunt, sanabilis erat passio.

Cum autem Cyri et Iohannis miracula propinqui audirent, et non solum audirent, sed et liquido scirent, vicina enim est regio, et alexan-

Digitized by Google

ἧττον τῶν ἀλεξανδρέων μανθάνουσιν, τοῦτον ἄγοντες ἔρχονται, καὶ τῷ τῶν ἁγίων προσπίπτουσι μνήματι, βοηθεῖν αὐτοὺς τῷ νοσοῦντι δεόμενοι· οἱ δὲ τὸν Ἐλπίδιον καὶ πρὸ τῆς ἀφίξεως ἐλεήσαντες, καὶ τὴν τῶν δαιμόνων ἐπιβουλὴν οὐκ ἀγνοήσαντες, ὄναρ φανέντες ἰάσαντο· καὶ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τελείαν τοῦ πάθους θεσπίζουσιν ἴασιν· ὕδωρ ἐνέγκαι τῶν Ἀδύτων ἐκέλευσαν· ἔστιν δὲ λίμνη τὰ Ἄδυτα Ἀλεξανδρείας, σταδίους πεντακοσίους ἀπέχουσα, πρὸς δύσιν καὶ λίμνην τὴν Γειτονα· ταύτης τοῦ νάματος ἐνεχθῆναι προστάττουσι, καὶ πρὸς πόσιν δοθῆναι τῷ πάσχοντι, καὶ τοῦ προσώπου καὶ τῆς κεφαλῆς τὴν ἀπόπλυσιν· γενομένου δὲ τοῦ τῶν ἁγίων θε-

drinis non minus quae sunt alexandrinorum ediscunt, hunc gestantes adveniunt, et ad sanctorum proiciunt monumentum, auxiliari eos languido deprecantes. At illi Helpidii etiam ante perventionem miserti, daemonumque insidiarum non nescii, apparentes in sompnis sanaverunt; et hoc facere ad perfectam passionis praecipiunt sanitatem: aquam deferri ab Adytis iusserunt; est enim stagnum Adyta, Alexandria quingentis stadiis distans ad occidentem, Libyaeque vicinum. Ex hoc fluento afferri, et ad potum dari patienti praecipiunt, atque ad abluendum caput et faciem. Facta autem sanctione sanctorum, veniens ad fluen-

Digitized by Google

σπίσμαΐος, ἤρχεῖο τὸ νάμα, ἔπιεν ὁ Ἐλπίδιος, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔπλυνε καὶ τὰ πρόσωπα· καὶ τὸ πάθος εὐθὺς ἀφανὲς καὶ φροῦδον ἐγίνετο· ἦν δὲ τὸ πρᾶγμα θαύματος ἄξιον, ὅτι τὸ νάμα τὸ ἄστατον ἵστει κεφαλὴν καὶ πρόσωπον ἄστατον· καὶ ὕδωρ τὸ ἀεὶ τῇ ῥεύσει κινούμενον, ἀκλόνητον ἐποίει τὸν ἀεὶ κλονούμενον τράχηλον. Ἐλπίδιος μὲν οὖν οὕτω τὴν θεραπείαν εὑράμενος, καὶ τὴν νόσον ἀποῤῥιψάμενος, τοὺς ἁγίους ὑμνήσας ἀπῴχετο, καὶ τὴν ἐνεγκαμένην ἐῤῥωμένος καλέλαβεν· οὓς καὶ ἡμεῖς ἐπαξίως γεραίροντες, ἑτέραν αὐτῶν ἀριστείαν συγγράψωμεν.

tum, bibit Helpidius et caput lavit et faciem, et passio statim nusquam comparuit; erat autem res digna miraculo, quoniam fluentum instabile, stare faciem et caput fecit instabile; et aqua quae semper fluxu movetur, reddebat inturbabile collum. Igitur Helpidius quidem taliter curatione reperta, et languore depulso, sanctis collaudatis abscessit, et ad civitatem suam pervenit incolumis. Quos et nos condignis honorificationibus celebrantes, alia ipsorum conscribamus fortia facta.

Digitized by Google

ξδ. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΟΓΙΛΑΛΟΥ.

Οὐ καλὸν ἀδικῆσαι τὸν ἄλαλον, εἰ καὶ κατηγορεῖν ἡμῶν ὡς ἀδικούντων οὐ δύναται, οὐδ' ἐάσαι γε σιωπώμενον, ἐπεὶ μηδὲ τοῦτον οἱ ἔνδοξοι μάρτυρες ἀεὶ σιγῶντα κατέλιπον, ἀλλὰ λάλον ἐξ ἀλάλων εἰργάσαντο, καὶ τὸ εὖ λαλεῖν ἐχαρίσαντο, ἵνα μὴ τῆς ἐν τούτῳ τελειότητος, τὸ τέλειον αὐτῶν λίποιτο χάρισμα· τοὺς ἁγίους οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα, καὶ ὅπερ αὐτοὶ τότε τοῖς ἔργοις δεδράκασιν, τοῦτο νῦν ἡμεῖς τοῖς λόγοις ποιήσωμεν, καὶ τὸν ἅπαξ λαλήσαντα, πάλιν ἄλαλον μὴ τιθώμεθα, τὴν κατ' αὐτὸν σιωπῶντες διήγησιν, μήπως ἡμᾶς

64. DE MUTO.

Non est bonum muto iniuriam facere, licet nos calumniari tamquam iniuriam inferentes non possit, neque dimittere silentio tacitum, quia nec istum gloriosi martyres semper tacentem dimittere passi sunt, sed eloquentem ex non loquenti operati, bene loqui largiti sunt, ne in hoc perfectionis eorum desit donum perfectum. Sanctos ergo et nos imitemur, et quod ipsi tunc operibus gesserunt, hoc nunc sermonibus faciamus; et eum, qui semel locutus est, mutum iterum non ponamus, narrationem de ipso faciendam, silentio contegentes, ne forte nobis apud martyras

Digitized by Google

διαβάλῃ τοῖς μάρτυσιν, καὶ τῆς ἡμετέρας σιγῆς κατήγορος γένηται, τὸ λαλεῖν πρὸς αὐτῶν κομισάμενος, καὶ σιγᾶν ἢ σιγᾶσθαι τοὺς λοιποὺς μὴ βουλόμενος, ἵνα μὴ τοῖς λάλον αὐτὸν ἀναδείξασιν ἀγνώμων κρίνοιτο καὶ ἀχάριστος, σιγᾶν αὐτῶν τὰς δωρεὰς ἀνασχόμενος.

Φοίνιξ ὑπῆρχεν ὁ ἄλαλος, καὶ Τύρου τῆς πόλεως ὥρμητο, ἐλέγχων τάχα ταύτῃ τοὺς Ἕλληνας, καὶ τὰ ψευδῆ τούτων καὶ γραώδη μυθάρια· ἔνθεν γὰρ οὗτοι τὸν Κάδμον μυθεύονται, πρῶτον γραμμάτων γενέσθαι γεννήτορα, καὶ τούτοις Ἑλλάδα ξενίσαι τὴν ἄμουσον, ἀφ' οὗ νῦν βλαστήσας ὁ ἄλαλος, σαφὴς ἔλεγχος ὤφθη τοῦ πλάσματος· ὃν Ἕλληνες ἀμαθίᾳ κατ-

deroget, et silentii nostri calumpniator efficiatur, usum loquendi ab eis adeptus, et tacere vel taceri de cetero nolens; ne his qui eloquentem hunc ostenderunt, minus devotus esse iudicaretur pariter et ingratus, dum dona eorum tacere pateretur.

Phoenix erat mutus, et Tyri civitatis oriundus, redarguens forte hîc Graecos, et falsas horum et aniles fabellas. Hinc enim ii Cadmon fatentur primum litterarum fuisse magistrum, et his Graeciam muneratum * indoctam. A quo nunc germinans mutus, manifestus fictionis index apparuit, quem Graeci indisciplinatione abscondebant,

* *cod.* miratam.

Digitized by Google

ἑκρυπτον, πρέσβεια Μωσέως οὐ βλέποντες, καὶ Κάδμου χρόνους παντελῶς οὐ γινώσκοντες, οὓς πρὸς ἔλεγχον παρατίθεσθαι μείζονα, καὶ σαφεστέραν ποιεῖν τὴν πλάνην τοῖς θέλουσιν, ὁ σκοπὸς ὁ παρὼν οὐκ ἀφίησι, πρὸς ἑαυτὸν ἑφελκόμενος, καὶ πληροῦν αὐτὸν ἀναγκάζων τὸν κάλαμον· τύριος ἦν ὡς ἔφην ὁ ἀλαλος, καὶ σύγγονον ἔσχε τὸ νόσημα, οὐ χρόνῳ τινὶ συμβὰν ἀπ' ἄλλου νοσήματος, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς αὐτῷ συντεχθὲν τῆς κυήσεως· καὶ τοῦτο λαχὼν τὸ πάθος ἐκ φύσεως, οὐ γλυκείαν ἀφῆκεν φωνὴν πρὸς τοὺς φύσαντας, οὐ μητέρα ποτὲ τραυλίζων ἠγόρευσεν, οὐ πατέρα ψελλίζων ἐκάλεσεν· οἷς ἀεὶ τῶν παίδων οἱ γονεῖς ἐπευφραίνονται, κἂν ἄναρ-

primatum Moysi non videntes, et Cadmi tempora modis omnibus nescientes; quos ad redargutionem maiorem commendare, manifestioremque his qui volunt errorem facere, intentio praesens non sinit, ad se nos attrahens, et implere suum calamum cogens. Tyrius erat, ut dixi, ille mutus, et passionem habebat cognitam non tempore aliquo ab alio accidentem languore, sed ex ipso secum partu nascentem. Et hanc ex natura sortitus, non dulcem ad parentes emisit vocem, non matrem aliquando balbutiens appellavit, non patrem claro saltem mutto * vocavit, super quibus semper puerorum parentes laetificantur, licet si-

* ita cod.

Digitized by Google

θρα ἢ τὰ τραυλίσματα καὶ ψελλίσματα· ὡς ἀθηναῖοι τὸ πρὶν ἐπ' Αἰσχίνῃ καὶ Δημοσθενεῖ τοῖς ῥήτορσι, καὶ τοῖς τούτων εὐγλώττοις στομύλμασιν.

Ἀνὴρ οὖν γεγονὼς, τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκίνητον καὶ τοῖς λοιποῖς οὐ συντρέχουσαν μέλεσιν· καὶ τάχα ἂν τῆς παρούσης ζωῆς οὕτω ἐξεδήμησεν, εἰ μὴ φιλόχριστοί τινες καὶ φιλάνθρωποι Κύρου καὶ Ἰωάννου τὴν χάριν γιγνώσκοντες, καὶ τὰ δι' αὐτῶν τοῖς πιστοῖς παρεχόμενα θαύματα ὡς πιστοὶ συμπαθήσαντες, τοῦτον πρὸς τοὺς μάρτυρας ἤγαγον· ἔνθα γενόμενος, καὶ τὴν πίστιν τῶν ἀγαγόντων ἔχων πρεσβεύουσαν, καὶ οἶκτον τὸν ἑαυτοῦ πρὸς οἶκτον τοὺς ἁγίους ἐλεί-

ne articulis sint muttiendi et balbutiendi eorum affectus; sicut Athenienses pridem super Aeschine vel etiam Demosthene rhetoribus et horum versutiis eloquentibus.

Vir ergo factus linguam immobilem habuit, cum reliquis membris minime concurrentem: et forte sic a praesenti vita migrasset, nisi quidam amici Christi et hominum amatores, Cyri ac Iohannis gratiam et miracula quae per eos praestantur fidelibus cognoscentes, tamquam fideles compassi, hunc ad martyras adduxissent; ubi fidem deducentium habens, cum venisset, intercedentem, nec non et miserationem sui, ad mi-

Digitized by Google

ραντα, λάλος γλώττης ἐπέτυχεν, οὐ γλῶτταν ἄλλην κτησάμενος, ἀλλ' ἧς εἶχεν τὸν δεσμὸν ἀποθέμενος· πάντως δὲ τὸ φάρμακον λέγειν ἀκόλουθον, δι' οὗ τὸ τῆς γλώττης πάθος ἐξέφυγεν· ὕδωρ αὐτῷ πίνειν καθεύδοντι οἱ ἅγιοι φανέντες ἐκέλευσαν· οὐ λόγοις τοῦτο θεσπίζοντες, οὐ γὰρ ἤκουεν, ἀλλὰ νεύμασι, καὶ τοῦ νάματος δείξεσι· ὁ δὲ γενόμενος ἔξυπνος, τὸ νάμα φέρειν ἐνένευεν· ἐμεμάθηκε γὰρ διὰ νεύματος, ὃ δ' ἂν ἴδοι κοιμώμενος, τοῦτο πιεῖν ἀνιστάμενος· καὶ δοθέντος αὐτῷ θᾶττον τοῦ ὕδατος, δεξάμενος ἔπιεν· καὶ πιὼν εὐθέως ἐλάλησεν· καὶ λαλούντων ἀνθρώπων ἐπήκουσεν· καὶ τῶν ἁγίων ἀπήγγελλε θέσπισμα, τὸν ὄνειρον λόγοις τρα-

serationem sanctos excitantem, eloquentis linguam adeptus est, non aliam linguam acquirens, sed vinculum eius quam habebat deponens. Verum et medicinam dicere consequens est, per quam linguae passionem diffugit. Aquam ei bibere dormienti apparentes sancti iusserunt, non verbis hoc decernentes, non enim audiebat, sed nutibus et lymphae ostensionibus. Qui expergefactus ut fluentum afferretur innuebat; didicerat enim per nutum ut quicquid videret dormiens, evigilans faceret; et datam sibi maturius aquam suscepit et bibit, et bibens statim locutus est, et homines loquentes audivit, et sanctorum retulit sanctio-

Digitized by Google

νέσι διηγούμενος, καὶ τῶν ὀφθέντων γεραίρων τὴν δύναμιν.

Οὕτως ὁ κωφὸς ἠκροάσατο, καὶ λόγον ὁ ἄλαλος ἀπεφθέγξατο, οὐ τῆς Κασταλίας γευσάμενος νάματος, οὐχ ὕδωρ πιὼν ἀπὸ Στυγὸς κατιβόμενον, οὐ ῥεῖθρον καυκάσειον ἀρυσάμενος, εὐφημοῦν ἀρετὴν πυθαγόρειον, ὡς ἑλλήνων οἱ μύθοι θεσπίζουσιν, καὶ τῶν γεγραφότων ἡ πρὸς ἀλήθειαν ἔνδεια· ἀλλ' εὐτυχήσας Ἰωάννου καὶ Κύρου τὴν κέλευσιν ἀναπληροῦσαν αὐτῷ ἅπερ ἡ φύσις δημιουργεῖν αὐτοῖς παρεχώρησεν· ἵνα φανῶσιν οἱ μάρτυρες ἐκεῖθεν τὰς ἰάσεις δωρούμενοι, καὶ τὰ πρὸς τελείωσιν τοῖς ἀνθρώποις ἐλλείποντα, ὅθεν ἐξ ἀρχῆς καὶ τὴν

nem, somnium verbis expressis enarrans, et eorum qui apparuerant virtutem concelebrans.

Taliter surdus audivit, et verbum mutus pronuntiavit, non Castaliae gustans fluentum, non aquam bibens a Styge descendentem, non laticem caucasium hauriens, laudantem virtutem pythagoricam, ut gentilium fabulae sanciunt, et scriptorum quantum attinet ad veritatem inopia, sed Iohannis et Cyri iussione potitus, quae suppleret illi quod natura facere concessisset; quo apparerent martyres abinde sanitates donare, et ea quae ad perfectionem hominibus deerant accommodare, unde et a principio nativitatem sortiti

Digitized by Google

γένεσιν ἔλαχον· διὸ καὶ ἡμεῖς ὡς δυνατὸν αὐτοὺς εὐφημήσαντες, καὶ δοῦναι λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἱκετεύσαντες, ὡς καὶ τῷ παρόντι νῦν ἀλάλῳ δεδώκασιν, προθύμως πρὸς τὴν τῶν λειπομένων θαυμάτων διήγησιν ἐπειγόμεθα.

## ξε. ΠΕΡΙ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΤΥΦΛΟΥ ΚΑΙ ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ ΕΧΟΝΤΟΣ.

Εἰς καιρὸν ἡμῖν ὁ κίλιξ ἀφίκται Θεόδωρος, διττῆς καὶ αὐτὸς ἀσθενείας φυγεῖν διηγούμενος, καὶ τῷ προλαβόντι θέλων συντάττεσθαι, γλώττης δεσμὸν πεφευγότι καὶ κώφωσιν, καὶ διττοῦ νοσήματος διττὴν λαχόντι τὴν ἴασιν· ὃν φιλοφρόνως δεξάμενοι, διὰ τὴν πρὸς τοὺς μάρ-

sunt. Propter quod et nos eos quantum possumus conlaudantes, et dari verbum in apertione oris supplicantes, sicut etiam nunc praesenti muto dederunt, ad reliquorum miraculorum narrationem alacriter properemus.

## 65. DE THEODORO CAECO ET HABENTE DAEMONIUM.

Ad tempus nobis cilix accessit Theodorus, duplicis et ipse infirmitatis fugam enarrans, et conscribi cum praecedenti, qui mutus et surdus extiterat, volens; duplicisque languoris duplicem sortitus est sanitatem. Quo benigne recepto, propter benivolentiam quam circa martyras habet, et lin-

Digitized by Google

τυρας εὔνοιαν, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτῷ πρὸς βραχὺ χαρισώμεθα, καὶ τὴν χεῖρα δανείσωμεν, καὶ τὸν κάλαμον χρήσωμεν, τοῖς ἁγίοις τὴν εὐφημίαν ὑφαίνοντι, καὶ τὴν αὐτῶν ἀλκὴν διαπρυσίως κηρύττειν σπουδάζοντι· ἀρξώμεθα γοῦν τῆς κατ' αὐτὸν διηγήσεως, προθύμως αὐτῷ πάντα γινόμενοι, καὶ χεὶρ καὶ γλῶττα καὶ κάλαμος, ὁ ξυγγραφεῖν εὐφυῶς ἐπειγόμενος.

Κίλιξ ἦν ὁ Θεόδωρος τῆς Ἀναζαρβέων ὁρμώμενος πόλεως, καὶ πάθεσι δύο δυσχερέσι κρατούμενος· ὧν τὸ μὲν δαιμόνιον ἦν πονηρότερον, ἀγριότερόν πως ἐπερχόμενον καὶ ῥᾷσσον ἀεὶ πρὸς πᾶν εὑρισκόμενον· πολλάκις γὰρ ὡς ὁ τοῦ δαιμονῶντος πατὴρ ἐν εὐαγγελίοις πρὸς τὸν κύριον

guam illi ad breve tempus donabimus, et manum accommodabimus, et mutuum praestabimus calamum, sanctis laudem texenti, et virtutem eorum ardue praedicare studenti. Incipiamus ergo de illo referre, alacriter ei omnia facti, manus videlicet, lingua, et calamus scribere velociter et amplissime adhortatus.

Cilix erat Theodorus ex Anazarbeis exortus, passionibusque duabus difficilibus coartatus, quarum altera daemonium erat nequissimum, ferina saevitia superveniens, et dirumpens semper omne quod invenisset; multotiens enim, ut quondam pater daemonium patientis in evangeliis ad

Digitized by Google

ἔφησεν, εἰς πῦρ αὐτὸν καὶ ὕδωρ ἐνέβαλε, κτείνειν ἀφειδῶς καὶ ἀπολλύειν βουλόμενον· τὸ δὲ τῶν ὀμμάτων ὑπῆρχεν ἡ τύφλωσις, οὐκ ἀσθενείᾳ γενομένη τῆς φύσεως, ἀλλ' ἐνεργείᾳ σχεδιασθεῖσα τοῦ δαίμονος, οὐκ ἐκ νόσου σωματικῆς ἐπισφρήσασα, ἀλλ' ἐξ ἀγριότητος πνεύματος ἐνδημήσασα· οὕτω πονηρὸν ἦν τὸ δαιμόνιον, καὶ δι' ὑπερβολὴν λύττης μισάνθρωπον· ἀλλ' ἐν τούτοις τῷ Θεοδώρῳ τυγχάνοντι, καὶ μηδὲν σωτηριῶδες διὰ τὸν χρόνον ἐλπίζοντι, ἢ τουτωνὶ τῶν παθῶν προσδοκῶντι φυγεῖν πρὸ τῆς ἐκ θανάτου λυτρώσεως, θάνατος γὰρ ὄντως ἀνδρὶ ἀνάπαυσις, ὡς ὁ φιλοσοφήσας ἐν πάθεσιν Ἰὼβ ἀπεφθέγξατο, πᾶσαν ἀναιρῶν τὴν ἐν βίῳ

Dominum dixit, in ignem eum et aquam iactabat, occidere hunc non parcens ac perdere volens; altera vero oculorum caecitas erat, non infirmitate facta naturae, sed operatione daemonis praeparata, nec ex languore corporali superillata, sed ex feritate spiritus inducta; sic malignum erat daemonium, et propter habundantiam rabiei malivolum! Verum cum in his esset Theodorus, et nihil salutare speraret, aut ab his ante liberationem, quae fit per mortem, fugere passionibus expectaret; mors enim revera viro requies, ut Iob qui philosophatus est in passionibus, est affatus, omnem auferens saeculi huius difficultatem, prae-

Digitized by Google

δυσχέρειαν, καὶ τῆς παρούσης ζωῆς τὸ πολυπαθὲς καὶ πολύμοχθον· Κῦρος καὶ Ἰωάννης ἠγγέλλοντο δαιμόνων ἐλαταὶ θεοδώρητοι, καὶ παθῶν σωματικῶν ἀληθεῖς ἀλεξίκακοι· καὶ πιστεύσας θεῷ καὶ τοῖς μάρτυσιν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται, καὶ τῶν ἁγίων καταλαμβάνει τὸ τέμενος, ἔργῳ κηρύττων τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως τὸ ἀκράδαντον· ὃν οἱ Χριστοῦ λαβόντες θεράποντες, καὶ τῶν συνεχόντων δεινῶν ἠλευθέρωσαν, καὶ βίου θεοφιλοῦς ἐργάτην ἀνέδειξαν.

Φανέντες γὰρ αὐτῷ μετ' οὐ πολὺ τῆς ἀφίξεως, οὐ γρηγοροῦντι ἀλλ' ἐπὶ τῶν στρωμάτων καθεύδοντι, συνθήκας πρὸς αὐτὸν καὶ προστάγματα τίθενται· καὶ εἶθ' οὕτως αὐτὸν ἀξιοῦ-

sentisque vitae multam passionem, et multum laborem; Cyrus et Iohannes annuntiantur a Deo donati daemonum expulsores, et passionum corporalium veri propulsatores; et credens Deo et martyribus Alexandriam venit, et ad sanctorum pervenit ecclesiam, re denuncians fidei erga illum immobilitatem. Quem Christi suscipientes famuli, et a malis quibus afficiebatur liberarunt, et vitae Deo amabilis operarium reddiderunt.

Apparentes enim ei non multo post sui adventum non vigilanti, sed super strata dormienti, pacta cum eo et iussiones inierunt, et sic eum dignum faciunt valetudine; pacta autem et ius-



Digitized by Google

σι τῆς ῥώσεως· αἱ δὲ συνθῆκαι, καὶ τὰ δι' αὐτῶν γεγονότα συντάγματα, τῆς ταραχώδους ζωῆς ἀπῄτουν ἀπόθεσιν, καὶ βίου μονήρους γαληνιῶσαν ἀνάληψιν· αὕτη γὰρ αὐτοῖς πρὸς τῶν ῥωννυμένων μισθοπορία τριπόθητος, ἡ τοῦ βίου τυγχάνει διόρθωσις· ὅθεν τοὺς τοιούτους καὶ γεγηθότες προσδέχονται, καὶ ῥωσθέντας εὐθὺς ἀπολύουσιν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων καθέστηκεν, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοῦ παρόντος ἡμῶν διηγήματος· ἐλθόντες γὰρ ὡς ἔφθην εἰπὼν εἰς Θεόδωρον, θέλεις ἔλεγον ὑγιὴς γενέσθαι Θεόδωρε; τοῦ δὲ κατανεύσαντος καὶ τὸ, ναὶ, τῷ στόματι λέξαντος, τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἐν τοσούτῳ κακῷ πιεζόμενος; πάλιν οἱ μάρτυρες ἔφασκον· εἰ βούλῃ τυχεῖν τῆς ἰάσεως

siones per illos factae, tumultuosae vitae requirebant depositionem, et vitae monasticae tranquillam susceptionem. Haec enim illis a sanatis est merces ter amabilis, vitae correctio. Unde tales et recipiunt, et sanatos statim dissolvunt; et hoc manifestum est ex multis quidem aliis, non minus autem et ex praesente nostra narratione. Venientes enim, ut iam dixi, ad Theodorum, vis dicebant, sanus fieri, Theodore? Illo vero annuente, et maxime ore dicente; quid enim tanto malo oppressus diceret? iterum martyres dicebant: si vis obtinere sanitatem, et fugere imbecillita-

Digitized by Google

καὶ φυγεῖν τῆς ἀσθενείας τὸν κίνδυνον, σύνθου ἡμῖν ὡς σωζόμενος οἰκεῖς Ἰορδάνου τοῦ θείου ποταμοῦ τὴν οὐράνιον ἔρημον, ἔνθα Χριστὸς ὁ σωτὴρ ἁπάντων βεβάπτισται, καὶ ταύτης οἰκήτωρ γινόμενος, σχῆμα μοναστοῦ καὶ τρόπους ἐνδείκνυσαι, τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην μιμούμενος, τὸν ταύτης οἰκιστὴν καὶ πολίτην γινόμενον· καὶ τὴν ῥῶσιν δι' ἡμῶν θεός σοι χαρίζεται, καὶ λυτροῦται τῆς τῶν παρόντων κινδύνων κολάσεως.

Συνθεμένου δὲ θᾶττον τοῦ πάσχοντος, καὶ πληροῦν αὐτῶν ὁμωμοκότος τὴν κέλευσιν, εὐθέως οἱ ἅγιοι καὶ τὸ δαιμόνιον ὡς μαστιγίαν τινὰ καὶ δραπέτην ἐλαύνουσιν, καὶ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν θεραπεύουσιν τύφλωσιν, ἣν ἑαυτῷ τὸ

tis periculum, inito conventionem, quod sanatus habitas Iordanis divini fluminis caelestem eremum, ubi Christus salvator omnium baptizatus est. Et huius habitator effectus formam monachi, et mores demonstras, baptistam Iohannem imitans huius habitatorem et civem olim existentem; et incolumitatem Deus tibi per nos donat, et liberat a praesentium periculorum punitione.

Conveniente autem et cito patiente, eorumque mandatum adimplere iurante, statim sancti daemonium ceu mastigiam quemdam et fugacem eiciunt, et oculorum sanant obcaecationem, quam secum daemonium contulit, illud quidem visione

Digitized by Google

δαιμόνιον συνεισήγαγεν, αὐτὸν μὲν κελεύσματι φυγαδεύσαντες, ταύτην δὲ τῇ τῆς κηρωτῆς ἐπιθέσει διώξαντες. Θεόδωρος δὲ τὴν φυγὴν τῶν ἀνιώντων εὑράμενος, καὶ τὴν ῥῶσιν ἐπὶ ταύτῃ δρεψάμενος, εὐχαριστήσας ὅσον οἷός τε ἦν καὶ ἠδύνατο, καταλαμβάνει τὴν ἔρημον, κἀκεῖσε πληροῖ τὴν τῶν ἁγίων θεοφιλῆ καὶ σεβασμίαν διάταξιν· ἡμεῖς δὲ τούτους θαυμάσαντες, καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους θείας αὐτῶν κηδαινίας * χάριν ὑμνήσαντες, ἑτέρας αὐτῶν εἰς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἀναγράψωμεν χάριτας.

* ita cod.

fugantes, hanc vero cerati suppositione expellentes. Theodorus vero fugam illorum, qui ad se venerant inveniens, et sanitate super illam potitus, gratias agens, quantum potis erat et valebat, pervenit ad eremum, ibique sanctorum iussum amabile et venerandum adimplet. Nos vero hos admirantes, et propter divinam illorum erga homines curam laudantes, alias illorum erga nos homines describamus gratias.

Digitized by Google

ξς'. ΠΕΡΙ ΜΗΝΑ ΤΟΥ ΛΥΚΙΟΥ ΕΙΣ ΝΟΣΟΝ ΥΔΕΡΟΝ ΠΕΡΙΕΛΘΟΝΤΟΣ.

Τί δὲ καὶ Μηνᾶν ὑπὸ ψάμμον κρυπτόμενον οὐκ ἐκφέρωμεν, καὶ δῆλον αὐτὸν τοῖς ἀγνοοῦσι ποιώμεθα; γραφῆς γὰρ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν καθέστηκεν ἄξια, καὶ οὐ ψάμμου καὶ λήθης σκεπάσματος· ὡς Μενουθῆς τὸ δαιμόνιον, καὶ ταύτης αἱ τελεταὶ καὶ βωμοὶ καὶ τὸ τέμενος, ὧν ὀφέλιμος μὲν ἡ λήθη καθέστηκεν, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μάρτυσι πέπρακται· ἐπιβλαβὴς δὲ λίαν ἡ θέα τοῖς βλέπουσιν, καὶ διὰ τοῦτο ψάμμῳ θαλαττίᾳ καλύπτεται, ἀνελούσῃ παντελῶς αὐτῆς τὸ μνημόσυνον, καὶ δημιουργούσῃ τὴν τῶν

66. DE MENA LYCIO IN MORBUM AQUAE INTERCUTIS INCIDENTE.

Quid vero et Mennam sub harena occultatum non in medium afferimus, eumque manifestum nescientibus non facimus? Scriptura namque et quae de illo narrantur digna sunt et non harenae et oblivionis velamine, ut Menuthes daemonium, et illius caeremoniae et altaria, et delubrum, quorum utilis quidem oblivio est; et idcirco a martyribus factum est; et damnosum nimis est spectaculum inspicientibus; quapropter harena marina cooperitur destruente prorsus illius memoriam, et reparante invisibilium rerum

Digitized by Google

οὐ θεωμένων ὀφέλειαν· ἡκέτω τοίνυν ὁ λύκιος διαῤῥήξας τῆς ψάμμου τὸ κάλυμμα, καὶ φανερὸν ἡμῖν τὸ κατ' αὐτὸν ποιεῖτω τεράστιον, καὶ μὴ κρυπτέτω κακῶς ὑπὸ κλίνην καὶ μόδιον, τὸ καλῶς ὑπολυχνίαν φαίνειν εἰ τεθείη δυνάμενον.

Λύκιος μὲν ὁ Μηνᾶς ἐγνωρίζετο, καὶ Πατάρων ὁρμᾶσθαι τῆς πόλεως ἔλεγεν· πάθος δὲ εἶχεν οὐ ψιλὸν ἀλλὰ μέγιστον, καὶ οὐδὲ ῥᾳδίως ἰώμενον, ἀλλὰ δυσχερὲς καὶ δυσίατον, ἰατροῖς δὴ τῆς σήμερον ὅσον ἐκ τέχνης ἀνίατον, εἰ μὴ θεὸς συμμαχοῦσαν αὐτοῖς χαρίσοιτο δύναμιν· εἰς ὕδερον γὰρ πεσὼν ἀνιάτρευτον, καὶ χρονίσας ἐν αὐτῷ τῷ νοσήματι, δεινῶς ἐκινδύνευε ταῖς ἀλγηδόσι τῶν σπλάγχνων ὀδυνώμενος, καὶ

utilitatem. Accedat igitur Lycius dirrumpens harenae velamen, et manifestum in se gestum faciat nobis prodigium, et non occultetur male sub lecto vel sub modio, quod bene lucere super candelabrum si positum fuerit poterit.

Lycius ergo Mennas esse noscebatur, et Patarensium se esse dicebat civitatis oriundum; passionem autem habebat haud levem, sed pessimam et ad sanandum difficilem; porro medicis qui hodie sunt quantum ex arte insanabilem, nisi Deus auxiliantem sibi donaret virtutem; in hydropem enim incurabilem cadens et moratus in eodem languore periclitabatur, doloribus viscerum fatiga-

Digitized by Google

ταῖς τοῦ παντὸς σώματος ὀγκώσεσι συμπνιγόμενος· καὶ τί τὸ πάθος παρασῆσαι τῷ γράμματι βούλομαι; ἀρκεῖ γὰρ πᾶσιν πρὸς εἴδησιν λεχθὲν αὐτοῦ καὶ μόνον τὸ ὄνομα· εὐθέως γὰρ οἱ τῆς τούτου προσηγορίας ἀκούσαντες, τῆς ὀδύνης ἐντυποῦνται τῇ διανοίᾳ τὸ μέγεθος· ἀλλ' ἕως μὲν ἐν ἀρχαῖς ἦν ὁ Μηνᾶς τοῦ νοσήματος, καὶ θεραπείας ἐφρόντιζε, καὶ τοὺς ἰατροὺς μετεπέμπετο, καὶ ποιεῖν αὐτῶν τὰς κελεύσεις ἐσπούδαζεν· ἐπειδὴ δὲ τῷ πάθει προέκοπτε, καὶ ἰατρὸς οὐδεὶς προσκαλούμενος ἤρχετο, εἰδὼς τὸ τοῦ πάθους ἀνίατον, θανάτου τυγχάνειν ἐγλίχετο, ἵνα καὶ οὕτως ἐκφύγῃ τὸ νόσημα· ἀλλ' ὡς καὶ τούτου ποθῶν οὐκ ἐτύγχανεν, ἐπὶ Κῦ-

tus, totiusque corporis molibus suffocatus. Sed quid passionem huic volo commendare scripturae? cum sufficiat omnibus ad notitiam ipse illius qui dictus est languor. Mox enim qui huius appellationem audiunt, doloris formant animo magnitudinem. Verum donec Mennas in exordiis esset languoris, et curam sui gerebat et medicos accersiebat *, et iussiones eorum facere festinabat. Quia vero passione proficiebat, et nullus vocatus medicus veniebat, sciens insanabilem passionem, mortem consequi cupiebat, ut saltem sic languorem effugeret. Sed cum et hoc desiderans non impetrasset, ad Cyrum et Iohannem mar-

* ita cod.

Digitized by Google

ρον καὶ Ἰωάννην τοὺς μάρτυρας ἄγεται, δυσὶν θάτερον ἕνεκεν, ἢ ὅτι τοῦτον ἐλεήσαντες οἱ ἅγιοι θεραπεύσουσιν, ἢ ὅτι σπλαγχνισθέντες ἐπ' αὐτῷ περὶ τοῦ θανάτου πρεσβεύουσιν· ὅθεν ἑνὸς τῶν δύο τετύχηκεν, ὑγείας φημὶ καὶ τῆς ῥώσεως· καὶ τὴν νόσον διέφυγεν, ἣν ἐκφυγεῖν θανάτου χωρὶς οὐκ ἐνόμιζε.

Λέξωμεν δὲ καὶ τὴν ἴασιν· ἀστεῖα γὰρ αὕτη, καὶ μαρτυρικῆς γέμουσα χάριτος ὁμοῦ καὶ δυνάμεως· φανέντες γὰρ κοιμωμένῳ τῷ πάσχοντι, καὶ ἰδόντες ἀκριβῶς αὐτοῦ τὰ ἐγκάρδια, καὶ ὡς ποτὲ μὲν ῥᾳθυμῶν ἐπεκαλεῖτο τὸν θάνατον, καὶ γῆν ἤθελεν ὑποδύεσθαι, ποτὲ δὲ αὖ περὶ τῆς ὑγείας ἐπρέσβευε, καὶ ζῆν εἰ ῥωσθείη

tyras ducitur ex duobus alterius causa, scilicet ut hunc aut sancti miserti curarent, aut certe viscere super eum moto, de morte misericorditer intercederent. Unde alterum ex duobus obtinuit, sanitatem scilicet et sospitatem; sed et languorem evasit, quem evadere sine morte nullatenus aestimabat.

Dicemus autem et medelam; urbana enim est haec et martyricâ plena gratiâ simul et fortitudine. Dormienti enim ei qui patiebatur apparentes, et quae corde ipsius versabantur mere scientes, et qualiter aliquando quidem maestus mortem vocaret, et terra obrui * vellet, aliquando ve-

* *cod.* exui.

Digitized by Google

προσηύχετο, ἀμφότερα τρόπον τινὰ ποιεῖν ἐπιτάττουσι· καὶ τὴν ῥῶσιν ὀρέγοντες, καὶ τῇ γῇ διδόντες ἐνθάπτεσθαι· εἰ θέλῃς γὰρ, φησὶν, ἀπαλλαγῆς τυχεῖν τοῦ νοσήματος, τοῦ τεμένους αἰρόμενος ἔξιθι, καὶ σεαυτὸν ἔνθαπτε ψάμμῳ τῇ γείτονι· ὁ δὲ σῖραφεὶς μετὰ τὸν κάλλιστον ὄνειρον, θανάτου μᾶλλον ἢ ῥώσεως σύμβολον τὴν ἐν ψάμμῳ ταφὴν ὑπελάμβανεν· ὅμως ἐπειδήπερ ἑκατέρων καὶ θανάτου καὶ ῥώσεως, καὶ μὴ ὁμοίως διὰ τὴν νόσον ὀρέγετο, συντόμως ἐποίει τὸ θέσπισμα, τῆς ἐποδύνου ζωῆς ἐν προτιμήσει φέρων ἑκάτερα, καὶ τὸν ἀνόδυνον θάνατον, καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἄνευ νοσήματος· ἐξελθὼν οὖν τὸ τέμενος, καὶ ψάμμῳ χωσθεὶς ὡς κεκέλευστο,

ro contra pro sanitate intercedere et vivere si sanus efficeretur oraret, facere quodammodo utrumque praecipiunt, et sanitatem porrigentes, et sepeliendum terrae tribuentes. Si enim vis, inquit, ereptione potiri languoris, a templo sublatus egredere, et temetipsum sepeli harena viciha. At ille conversus post optimum somnium, mortis potius quam sanitatis indicium, illam in harena sepulturam coniciebat; et tamen quia utrumque mortem scilicet et sanitatem, et si non similiter, propter languorem desiderabat, praeceptum concite faciebat, vitae cum dolore habitae praeponens utrumque, mortem scilicet sine dolore, et vitam

Digitized by Google

καὶ τῆς ῥώσεως ἔτυχεν, καὶ τὸν ἑλωιζόμενον ἔφυγε κίνδυνον· τῇ γὰρ ψάμμῳ παντελῶς ἐνθαπτόμενος, εἶχε συνθαπτόμενον αὐτῷ καὶ τὸ νόσημα· ταύτης δὲ μετὰ τὴν ταφὴν ἀνιστάμενος, οὐκ εἶχε συνεγειρόμενον αὐτῷ τὸ ἀῤῥώστημα· ἀλλ' οὕτω τὴν ψάμμον διασκεδάσαν ἀνίστατο ὡς ἐκ μήτρας ἄνευ πάθους προσήρχετο· καὶ Μηνᾶς μὲν τρόπῳ τοιῷδε τὴν ῥῶσιν ἀπείληφε, καὶ χαριστήριον αἶνον ἀνατείνας τοῖς μάρτυσι χαίρων ὁμοῦ καὶ σκιρτῶν τὴν Λυκίαν κατείληφε· ἡμεῖς δὲ πάλιν τοὺς ἁγίους αἰνέσαντες, ἄλλην αὐτῶν θαυματουργίαν προσοίσωμεν.

absque languore. Egressus ergo a templo, et harena ut iussus fuerat obrutus, et sanitatem percepit, et speratam mortem evasit. Cum enim harena sepeliretur, habebat etiam consepeliendum sibi languorem; ex hac autem post sepulturam resurgens, non habebat consurgentem secum infirmitatem; sed sic harena dissipata surgebat, sicuti quando ex matrice sine passione processit. Et Mennas quidem tali modo sanitatem percepit, et
* ex gr. gratifica extensa * laude, gaudens pariter et exultans ad Lyciam pervenit. Porro nos iterum sanctos laudantes, alterius eorum offeramus miraculi opus....

Digitized by Google

ξζ. ΠΕΡΙ ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΙΩΝΤΟΣ ΚΑΙ ΕΑΥΤΟΝ ΣΦΑΞΑΝΤΟΣ.

Ἄλλον ἡμῖν ἡ Κύπρος Γεώργιον πρὸς διήγησιν ἤγαγεν, καὶ τοῦτον τοῖς προλαβοῦσι δύο συναπτειν προτρέπεται, ἵν' ἐν τῇ τῶν ἁγίων θαυματογραφίᾳ τρίτον ἐνέγκασα, τοῦτο μείζονος ἀφορμὴν ἀλαζονείας ποιήσαιτο· ὅθεν θαυμάσαντες αὐτῆς καὶ ἡμεῖς τὸ φιλότιμον, καὶ τὴν εἰς τοὺς μάρτυρας εὐπρεπεστάτην εὐσέβειαν, καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις αὐτῇ σπουδαζόμενον πολύτροπον κάυχημα, τὰς αἰτήσεις πληρώσωμεν· κεχαρισμέναι γὰρ αὗται καὶ ἡμῖν καθεστήκασιν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τοῖς ἁγίοις πραχθεῖσιν δύναμιν

67. DE GEORGIO QUI A SPIRITU AGITATUS SEMETIPSUM OCCIDIT.

Alium nobis Cyprus ad narrationem Georgium protulit, et hunc copulare duobus praecedentibus exhortatur, ut in mirabili sanctorum opere, tertio prolato, hunc potioris occasionem superbiae faciat. Unde mirantes et nos eiusdem insulae honorificentiam, et decentissimam erga martyras pietatem, gloriamque ipsius multimodam, quae studetur * in his, petitiones adimpleamus: haec quippe nobis etiam grata consistunt, et virtutem quae in eo a sanctis gesta est edicamus; habet enim

* ex gr.

Digitized by Google

λέξωμεν, ὑπερβολὴν θαύματος ἔχουσαν, καὶ τὴν χάριν αὐτῶν δι' ἑαυτῆς εἰκονίζουσαν.

Κύπριος ἦν ὁ Γεώργιος, καὶ δαιμόνιον ἔσχε ἐπὶ κακίᾳ πολλῇ γνωριζόμενον· δαιμόνων γὰρ πολλῶν ὑπῆρχε πολὺ πονηρώτατον, καὶ τὰ τοῖς πολλοῖς δρώμενα κακὰ μόνον αὐτὸ ποιεῖν ἠγωνίζετο· καὶ μεγάλην ἧττα τὸ δεινὸν ὑπελάμβανεν, εἰ φανῇ μικρὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων πρᾳότερον· οὕτω δὲ χαλεπὸν καὶ μισάνθρωπον, χαλεπώτερον εἴπερ ἄλλοι διετίθη τὸν ἄνθρωπον, ἐπιπίπτον ἀεὶ καὶ συντρίβον τὸν ἄθλιον, καὶ αὐτοῦ τὰ πολλὰ μανικώτερον αὐτὸν ἐργαζόμενον· τούτου ποθῶν τὴν φυγὴν ὁ Γεώργιος, εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἔρχεται, καὶ τὸν νεὼν τῶν ἁγίων κατ-

eminentiam miraculi, per se ipsam gratiam eorum imaginans.

Cyprius erat Georgius et daemonem habebat in multa malitia cognitum; multis enim erat daemonibus nequior, et mala quae a multis gerebantur, solus ipse facere decertabat; et magnam superationem sui acer ille putabat, si apparuisset saltem in modico universis aliis mitior. Cum autem taliter saevus esset, et hominis osor, saevius quam alii tractabat hominem, immersus semper in eum, et conterens miserum et sese saeviorem in plurimis operans. Huius desiderans fugam Georgius Alexandriam venit, et ad basilicam san-

Digitized by Google

ἔλαβε, καὶ τοῦτον κατῴκησε μετὰ τῶν ἄλλων ἀσθενῶν διαιτώμενος· ἀλλ' ὁ δαίμων ἐκεῖνος ὁ ἄγριος μαρτυρικαῖς χερσὶ μαστιζόμενος, καὶ μὴ φέρων ἔτι τὴν ἐνθάδε Γεωργίου κατοίκησιν, μήτε χωρίζεσθαι τούτου πρὸς αὐτῶν προστατόμενος, τοιοῦτον τί μηχανᾶται παγκάκιστον, καὶ τῆς αὐτοῦ πονηρίας ἐπάξιον, φυγὴν ἑαυτῷ τῆς τῶν ἁγίων μνηστευόμενος μάστιγος.

Νυκτικόρακα τὸ καλούμενον ὄρνεον ἐμφωλεῦσαι τῇ στέγῃ πεποίηκεν, καὶ τῶν τόπων ἄνω καθεύδειν τε καὶ καθέζεσθαι, ἐν οἷς ἦν καὶ Γεωργίου τὰ στρώματα· ὅθεν ὁ νυκτικόραξ καθήμενος, ἐπ' αὐτὸν ἠκόντιζεν ἑαυτοῦ τὸ ἀφόδευμα, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν στρῶσιν ἠφάνιζεν· μαθόν-

ctorum accessit, et in hac habitavit cum aliis moratus infirmis. Sed ferus ille daemon, qui a martyricis manibus flagellabatur, non ferens ultra istic habitare Georgium, neque separari ab eo, ut ab illis praecipiebatur, pessimum quid machinatur, et sua ipsius condignum nequitia, fugam sibi a sanctorum flagello promittens.

Avem, quae vocatur nycticorax, cubare fecit in tecto, et in locis superioribus dormire atque sedere, in quibus erant stramenta Georgii; unde nycticorax sedens stercus suum iaculabatur super eum, et totum eius sordidum reddebat stramentum. Quo comperto, templi ministri in alium

τας οἱ τῷ νεῷ διακονούμενοι, εἰς τόπον ἕτερον τὸν ἀσθενοῦντα μεθήνεγκαν, τῆς ἀδικίας αὐτὸν ἐλεήσαντες· ἀλλὰ πάλιν τὸ ὄρνεον ὡς ἔκ τινος ἀναγκαίου συνθήματος, ταῖς ἐκείνου στρωμναῖς συνμεθήρχετο, καὶ ὡς τούτων τὴν φυλακὴν προσδεξάμενος, καὶ ταύτας ἐᾶν οὐ δυνάμενος, ἐπάνω πάλιν ἀφώδευε, καὶ σὺν αὐταῖς συχνοῖς τὸν Γεώργιον ἐρρύπου τοῖς ἀφοδεύμασιν· αὖθις δὲ τούτων οἱ θυρωροὶ κατοικτείραντες, εἰς τόπον αὖθις ἄλλον μετέθηκαν· τοῦτο δὲ πεποίηκε καὶ τὸ ὄρνεον, καὶ τῆς μεταθέσεως οὐκ ἠμέλησεν· οὐκ οἰκοθεν τοῦτο ποιούμενον, ἔστι γὰρ ἀδιανόητον, ἀλλὰ δαίμονος αὐτῷ συνελαύνοντος· ὡς δὲ πάλιν, μᾶλλον δὲ πολλάκις, οἱ τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τεμένους ποιούμενοι, τὸν ἀῤῥωστοῦντα μετ-

locum transtulerunt infirmum, super iniuriam ipsius ad misericordiam devoluti. Sed iterum avis, quasi ex quodam necessario pacto, cum illius comitabatur stramentis; et quasi horum custodiam suscepisset, et haec dimittere minime valuisset, desuper iterum cacabat, et cum eis etiam Georgium sordidum stercoribus reddebat. Rursus autem hunc ostiarii miserti in alio loco posuerunt; hoc autem fecit et avis, et translationis curam non habuit, non sponte hoc faciens, est enim intellectu carens, sed se daemone impellente. Cumque iterum, immo saepe, hi qui administratio-

Digitized by Google

ἔφερον, δεκάκις γὰρ τοῦτο πεπράχασι, καὶ τὸ ὄρνεον ἀκολοθοῦν οὐκ ἐπαύετο, τέλος ἐπαύσαντο, ἐνέργειαν εἶναι δαίμονος τὴν τούτου συνδρομὴν λογισάμενοι.

Θυμωθεὶς οὖν ἐκ τούτου Γεώργιος, καὶ μάχαιραν εὑρὼν ἐκ διαβολικοῦ δηλόνοτι συντάγματος, ταύτην ἁρπάσας ὁ δείλαιος κατὰ τοῦ φάρυγος ἤνεγκε, καὶ μεγάλην αὐτῷ τὴν σφαγὴν ἐνειργάσατο· κεντήσας γὰρ πρῶτον τὸν λάρυγγα, πάλιν ἔνθα καὶ ἔνθα τὸ ξίφος ἐκίνησεν, ὡς οὐκ ἀρκούσης τῆς προτέρας πληγῆς εἰς ἀναίρεσιν, εἰ μὴ καὶ τὸ ξίφος μετὰ τὴν τρῶσιν καὶ κίνησιν καὶ τὴν πληγὴν ποιήσαιτο μείζονα· ἦν πάνυ διὰ βάθους λαβὼν ὁ τρισάθλιος,

nem templi faciebant, transtulissent infirmum, decies enim hoc egerunt, et avis subsequi non cessasset, postremo quieverunt, operationem esse daemonis, huius deprehendentes concursum.

In furorem ergo ex hoc versus Georgius, machaera ex diabolica profecto operatione reperta, hanc infelix arreptam intulit contra guttur, et magnam sibi plagam operatus est; puncto enim primitus gutture, iterum hinc et inde gladium movit, quasi ad interemptionem prior plaga minime suffecisset, nisi et gladium post ictum movisset, et plagam maiorem fecisset. Quam cum valde profundam miserrimus accepisset, cadens

Digitized by Google

πεσὼν εἰς γῆν ἐκύλιετο, καὶ ἔσκαιρεν ὡς οἱ σφαττόμενοι σκαίρουσιν, τὴν ψυχὴν ἀπολλύειν οἰόμενος, καὶ τοῖς παροῦσιν θνήσκειν εὐθὺς νομιζόμενος· ὅπερ οἱ πυλωροὶ θεασάμενοι, καὶ οἱ τὴν λειτουργίαν τῶν ἁγίων ποιούμενοι, εἰς δέος οὐκ ὀλίγον ἐνέπεσαν, οἰκεῖον ἔγκλημα καὶ μέμψιν τιθέμενοι, τὸ μὴ φυλάξαι τοιαύτης αὐτοὺς ἐγχειρήσεως τὸν ὑπὸ πονηροῦ δαίμονος ἐνεργούμενον· καὶ φοβούμενοι μήπως αὐτοῖς γένηται κίνδυνος, εἰς τὰς γείτονας κώμας διέτρεχον, ἰατροὺς προσκαλούμενοι, εἴ πως δυνηθείη, ῥαφαῖς τὸ τραῦμα συνάψαντες, σῶσαι, μήπως θανόντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ αὐτοὺς σὺν αὐτῷ κινδυνεύσωσιν· ἑνὸς δὲ μόνου κατὰ τὸ Ἡράκλειον

in terram volutabatur, et palpitabat sicut hi palpitant qui occiduntur, animam dimittere opinatus, et a praesentibus mori putatus. Quod ostiarii videntes, dum officium celebrarent sanctorum, in pavorem non modicum corruerunt, proprium id crimen et culpam ponentes, non observando eum ab huiusmodi perpetratione, qui a maligno daemonio vexabatur; et timentes ne forte ex hoc sibi periculum fieret, per vicinas villas discurrebant medicos advocantes, si forte possent adsuendo gutturis letali vulnere copulato salvum facere hominem moribundum, et se cum ipso periclitantes. Unum autem et solum apud Heraclion

Digitized by Google

εὐπορήσαντες, καὶ πολλαῖς αὐτὸν παρακλήσεσι πείσαντες, εἰς τὸ μαρτύριον ἤγαγον· ὃς τὴν πληγὴν θεασάμενος θαναΐηφόρον τυγχάνουσαν, ἀνεχώρησεν οὐκ ἐγχειρήσας τῷ πράγματι, φόβῳ μεγάλῳ κρατούμενος καὶ τεθηπὼς, πῶς οὔπω τέθνηκεν ὁ Γεώργιος ὁ ταύτην ἐπ' αὐτῷ [πληγὴν] παρασχόμενος· ἥ τε γὰρ πνοὴ δι' αὐτῆς ἀνεδίδοτο, καὶ πάλιν ἡ εἰσπνοὴ δι' αὐτῆς ὑπεισήρχετο· ὁμοίως τά τε βρώματα ἐκεῖθεν ἐποιοῦντο τὴν ἔξοδον.

Οἱ δὲ μάρτυρες νυκτὸς ἀφικόμενοι, τῷ μὲν οἰκονόμῳ καθεύδοντι τὴν ἰατρείαν ἐπέταττον· οἶνον ἦν αὕτη καὶ ἔλαιον δι' ἧς ὁ κύριος τὸν εἰς λῃστὰς ἐμπεσόντα διέσωσεν, οἶνον αὐτοῦ τοῖς τραύμασιν ἐπιχέων καὶ ἔλαιον· δι' ἧς καὶ τοῦ

inventum, et multis precibus persuasum ad martyrium deduxerunt. Qui cum plagam vidisset fore mortiferam, recessit rem nullam aggressus, sed timore magno detentus, et miratus quomodo nondum mortuus esset Georgius, qui hanc sibimet intulerat plagam; praesertim cum flatus per eam redderetur, et rursus per eam sibi ingrederetur, similiter et alimenta et potus inde facerent exitum.

At vero martyres noctu venientes, dispensatori dormienti medicinam disponebant: vinum erat haec et oleum, per quam et Dominus eum qui latrones inciderat salvum fecit, vinum eius ulce-



Digitized by Google

σωτῆρος οἱ μιμηταὶ Γεώργιον ῥύονται, οὕτω ποιεῖν Χριστοδώρῳ θεσπίσαντες. Καλοέτην δέ τινα θυρωρὸν καλεσχηκότες ἐμάστιζον, φραγέλλιον ἐκ σχοινίου μακρὸν ἐργασάμενοι· αὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τὸν ἰατρίσκον ἐκεῖνον ἐνέγκας αὐτῶν εἰς τὸ τέμενος· καὶ ταῦτα μαστίζοντες ἔλεγον· οὐκ οἶδας ὅτι τοῦ κόσμου παντὸς ἰατρεῖον ἡμῶν ὁ οἶκος καθέστηκεν; οὐκ οἶδας ὅτι Χριστὸς ἡμᾶς ἰατροὺς τοῖς πιστοῖς ἐχαρίσατο; οὐκ οἶδας ὅτι σὲ πυλῶν θανάτου ἡμεῖς ἀφηρπάσαμεν; τίνος οὖν ἕνεκεν ἰατρὸν ἡμῖν ἕτερον ἰατρείας ἡμετέρας δεόμενον εἰς ἡμέτερον οἶκον ἐκόμισας; καὶ καλῶς αὐτὸν βασανίσαντες εἴασαν, μηκέτι τί τοιοῦτο ποιεῖν ἀπειλήσαντες· εἴποιεν δ' ἂν οἱ ἀκούοντες,

ribus infundens et oleum; per quam et Salvatoris aemulatores Georgium eruunt, taliter facere Christodoro praecipientes. Kaloëtem quemdam ostiarium comprehendentes flagellabant, flagellum ex fune magnum operati; ipse enim erat qui mediculum in templum suum adduxerat; et haec flagellantes dicebant: nescis quia mundi totius medicamentum domus nostra consistit? nescis quia Christus nos medicos donavit fidelibus? qua ergo pro causa medicum alium, dum ipse medicamine nostro egeat, ad domum nostram duxisti? Et hunc bene tortum dimiserunt, ne ulterius hoc faceret minitantes. Dixissent autem hoc audientes quod

Digitized by Google

ὡς εἰκότως αὐτὸν ἐμαστίγωσαν, εἰ τὴν ἐπ' αὐτῷ γινομένην τοῖς ἁγίοις ἐνέργειαν μάθοιεν· κινδυνεύοντα γὰρ αὐτὸν ἐκ τοῦ πνεύμονος, καὶ ἐν ᾅδου πύλαις συνεχῶς αὐλιζόμενον, καὶ μηδεμίαν ἐξ ἰατρῶν ἐλπίδα σωτηρίας εὑρίσκοντα, ἀλώνην μόνην οἱ μάρτυρες πιεῖν δεδωκότες ἰάσαντο· καὶ οὐ ταύτης ἕνεκα μόνον ἐμάστιξαν ὡς ἀμνήμονα, ἀλλ' ὅτι καὶ τοσούτους ὁρῶν θεραπείας τυγχάνοντας, καὶ τῆς τῶν ἁγίων παντοδυνάμου ἀρωγῆς ἀπολαύοντας, ὡς ἀσθενούντων αὐτῶν πρὸς σωτηρίαν καὶ λύτρωσιν, ἰατρὸν ἀγαγεῖν ἐπεχείρησεν ἕτερον· οὕτω μὲν οὖν ὁ Γεώργιος καὶ τὴν μανίαν τοῦ δαίμονος, καὶ τὴν ἑαυτοῦ μιαιφόνον ἐγχείρησιν ἔφυγεν· ἡμεῖς δὲ καὶ

competenter eum flagellaverint, si super eo factam a sanctis operationem didicissent. Periclitantem quippe illum de pneumone, et in inferni portis iugiter commorantem, et nullam a medicis spem salutis invenientem, aloën solam martyres dantes sanarunt; et non solum huius rei causa flagellaverunt tamquam inmemorem, sed et quia tot intuens curationem adeptos, sanctorumque fortissima ope fruentes, quasi fuerint illi ad salutem et ereptionem infirmi, medicum ducere nisus est alium. Taliter ergo Georgius et insaniam daemonis, et suum ipsius occidendi conatum effugit. Porro nos et super hoc quoque sanctos lau-

Digitized by Google

ἐπὶ τοῦτο τοὺς ἁγίους ὑμνήσαντες, ἄλλο τερά-στιον τῆς αὐτῶν μεγαλουργίας συγγράψωμεν.

ξη. ΠΕΡΙ ΙΩΑΝΝΙΑΣ ΤΗΣ ΕΚ ΠΕΡΙΕΡΓΕΙΑΣ ΣΤΡΟΦΟΥΜΕΝΗΣ.

Πολλοὺς τὸ κάλλος ἀπώλεσεν, καὶ ἡ ὥρα τοῦ σώματος ἐλυμήνατο, φθόνῳ χαλεπῷ περι-πέσαντας, καὶ γεγονότας βασκανίας δεινῆς παρ-ανάλωμα· φθονεῖται γὰρ ἀεὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ κρείττονα, καὶ φθονερῶν ὄμμασι καταλύεται· τοῦτο δὲ καὶ οἱ καλοὶ τὰς ψυχὰς καὶ τὰ σώ-ματα πάσχουσιν, εἰ μὴ ἔχοιεν θεὸν τῆς αὐτῶν ὡραιότητος σωτῆρα καὶ προστάτην καὶ φύλακα· εἰ γὰρ ἀδάμαντα τὸν στερέμνιον τῶν λίθων ἐπαι-

dantes, aliud magnitudinis eorum prodigium conscribamus.

68. DE IOHANNIA QUAE A MALEFICIO TORTIONES PATIEBATUR.

Multos pulchritudo perdidit, et species corporis exterminavit, saevam invidiam incidentes, et sumptus acris livoris effecti; invidiam quippe sustinent semper ea quae bona quaeque meliora sunt, et invidis oculis destruuntur. Hoc autem et hi qui tam animabus quam corporibus sunt bonis, saepissime patiuntur, nisi Deum habeant speciositatis suae salvatorem, custodem, et protectorem.

Digitized by Google

νουμένων τιμιώτερον, τὸν χαλκῷ καὶ σιδήρῳ λεγόμενον ἄθραυστον, ὀφθαλμοὶ βασκάνων ἐκτήκουσι, τί ἂν ἀνθρώπειον σῶμα μὴ πάθοιεν βασκάνοις εἰς ἔργον προκείμενον; οἵ τινες ὅτε καὶ βολαῖς ὀμμάτων μὴ φθείνουσι τὸ φθονούμενον, ἄλλοις αὐτὸ φθείρειν ὀργάνοις σπουδάζουσιν· ὃ καὶ Ἰωαννία μικροῦ δεῖν ὑπέμεινεν, εἰ μὴ Χριστὸν καὶ τοὺς μάρτυρας τῆς οἰκείας ζωῆς εὕρατο φύλακας· λέξωμεν δὲ καὶ τὸν φθόνον τῷ γράμματι, καὶ τῆς ἐκ τοῦ φθόνου βλάβης τὴν ἴασιν.

Ἱερᾶς πόλεως τῆς ἐν Συρίᾳ τὸ γύναιον ὥρμητο, ἣ καὶ εὐπρέπειαν ἐκέκτητο σώματος, καὶ γονέων εἶχεν εὐγένειαν, καὶ πλοῦτον τὸν ἐπαύ-

Si enim adamantem durum, qui lapidibus nobilibus est honorabilior, quia aere ac ferro dicitur non quassari, oculi tabefaciunt invidorum, quid putas humanum corpus non patiatur, invidis in opus * propositum? qui quando et iaculis oculorum non corruperint quod invidentiam patitur, aliis id corrumpere instrumentis accelerant; quod et Iohannia paene sustinuisset, nisi Christum et martyras custodes vitae propriae invenisset. Dicamus autem hoc scripto invidiam, et sanitatem laesionis ex invidia factae.

* ex gr.

Hierapoleos, quae in Syria est, mulier fuerat oriunda, quae et decorem corporis possidebat, et

Digitized by Google

ξοντα τὰ ἀμφότερα· εἰς τὴν τῆς Παλαισ῍ίνης δὲ Καισάρειαν γήμασα, οὐ διὰ γένος καὶ χρήματα, ἀλλὰ δι' εὐμορφίαν μετήρχε῍το σώμα῍τος· ἐν ἱερᾷ πόλει γὰρ ὁ δισκούρσωρ Θεόδωρος, ὁ Καισαρείας χρημα῍τίσας ἀνθύπα῍τος, Καισαρείας τῆς ποτὲ Πυργοστράτωνος καλουμένης ὁρμώμενος, ταύτης διὰ κάλλος καὶ μόνον συνήπ῍τετο· ἐλθούσης δὲ σὺν αὐτῷ εἰς Καισάρειαν, αἱ τοῦ γήμαντος ἀδελφαὶ διὰ ζῆλον ἐφθόνησαν, ἑαυτῶν κρείττονα ταύτην θεώμεναι· καὶ φθονήσασαι, τὴν Ἰωαννίαν φαρμάσσουσιν, θανα῍ηφόρον αὐτῇ φάρμακον ἐμβαλοῦσαι τῇ κύλικι, καὶ πιεῖν ἀγνοούσῃ προσενε῍κάμεναι· ἡ δὲ τὸ μὲν φάρμακον ἔπιεν, τὸν δὲ παραυτίκα θάνατον ἔφυγε,

parentum nobilitatem habebat, et divitias quae utrumque incrementum magnificabant. In Palaestinae vero Caesarea, non propter genus atque pecunias, sed ob pulchritudinem corporis passa est persecutionem. In Hierapoli enim discursor Theodorus proconsul effectus, qui Caesareae, quae quondam turris Stratonis vocabatur, fuerat oriundus, huic ob pulchritudinem tantummodo copulatus est. Cum autem venisset cum eo Caesaream, mariti sorores propter zelum aemulatae sunt; sed hanc meliorem videntes, Iohanniam maleficiis aggrediuntur, et pestiferum pharmacum in calice ignoranti ei ad bibendum propinaverunt. At illa

Digitized by Google

Θεοῦ τοῦτον διαδρᾶναι κελεύσαντος· ἐν γαστρὶ δὲ τὸ φάρμακον ἔχουσα, στρόφους ἀνενδότους ὑπέμενεν, ὡς ὄφεων αὐτῆς κατεσθιόντων τὰ ἔντερα· ἐνθεῦθεν ἀφόρητα πάσχουσα, καὶ τὸν ἰατρὸν οὐχ εὑρίσκουσα, εἰ καὶ μύριοι ταύτης ἰατροὶ ὡρὸς ἐπίσκεψιν ἤρχοντο, οὔτε συνήθους τροφῆς μετελάμβανεν, οὔτε πομάτων ἠνείχετο, οὐχ ὕπνων ἡδέως ἀπήλαυεν, οὐ βαδίζειν ὀρθίως ἢ καθέζεσθαι συνήθως ἠδύνατο, ἀλλὰ κάτω νεύουσα, καὶ τὴν ἑαυτῆς κοιλίαν ταῖς ἀγκάλαις κατέχουσα, καὶ ταῖς ἀλγηδόσιν ὀλμόζουσα πάσας τὰς ὥρας διήνυεν.

Καὶ οὕτω κατὰ βραχὺ καταῤῥέουσα τέθνηκεν, εἰ μὴ τινὲς αὐτὴν ἐλεήσαντες, τὰς Κύρου

venenum quidem bibit, sed mortem statim evasit, Deo hanc evadere praecipiente. In ventre quippe venenum habens, tortiones incessabiles sustinebat tamquam si serpentes eius interiora comederent. Hinc intolerabilia patiens, et medicum non inveniens, licet mille ad huius visitationem venirent, neque consuetam escam percipiebat, neque potus sustinebat, neque suaviter somno potiebatur, neque ambulare recte seu sedere solito poterat; sed deorsum inclinata, et ventrem suum brachiis amplexata, et prae doloribus ingemiscens, omnes transigebat horas.

Et ita paulatim defluens mortua esset, nisi qui-

Digitized by Google

καὶ Ἰωάννου δυνάμεις ἀπήγγελλον, καὶ τὰ πρὸς αὐτῶν γινόμενα τέρατα· ἡ δὲ τούτων ἀκούσασα, καὶ τοῖς ἀγγελθεῖσιν πιστεύσασα, τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν κατέλαβεν, καὶ τῷ τῶν μαρτύρων νεῷ προσεπέλασε, καὶ περὶ τῆς ῥώσεως αὐτοὺς ἐλιτάνευεν· οἱ δὲ θεοῦ φιλανθρωπίαν μιμούμενοι, δεινῶς αὐτὴν ἀπολλυμένην ἠλέησαν· καὶ κοιμωμένην φανέντες ἠλέησαν τοῖς ὁράμασιν τοῦ πάθους αὐτῇ τὴν θεραπείαν ὀρέξαντες· φακὸς ἦν αὕτη τὸ ὄσπριον ἑψωμένον καὶ τρωγόμενον, καὶ πάλιν ἐν λουτρῷ τῇ πασχούσῃ γαστρὶ προσπλασσόμενον· ἡ δὲ τὸ κελευσθὲν θᾶττον μετὰ τὸν ὄνειρον ἔπραξεν· καὶ τοῦτον ἡ γαστὴρ ἔσω θέντι δεξαμένη καὶ ἔξωθεν, ἅπαν εὐθὺς τὸ προποθὲν δηλητήριον ἔμησεν, ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν

dam eius miserti illi narrarent quae a Cyro et Iohanne gerebantur prodigia. Quibus auditis, et his quae sibi relata sunt creditis, Alexandri venit ad urbem, et in martyrum templo morata, eos pro sanitate deprecabatur. Qui divinam clementiam imitantes, eius cum male periret miserti sunt; et cum dormiret apparentes in somnis, passionis curationem praeceperunt. Lentis leguminis erat haec decoctio et comestio, et iterum factum ex hoc in balneo ventris emplastrum. At illa quod iussum est mox post somnium gessit, et hoc ab intus et a foris venter accepto, totum venenum quod bi-

Digitized by Google

αὐτὸ τὴν ἑαυτῆς ἀναβράσασα· καὶ τούτου γεγονότος, μικρὸν αἱ ἀλγηδόνες ἐπαύσαντο· ἐπιφανέντες δὲ πάλιν οἱ ἅγιοι τελείαν αὐτῇ τὴν ὑγείαν χαρίζονται, πάστελλον αὐτὴν ἐσθίειν ὀρέξαντες, εἶδος τοῦτο πλακοῦντος καθέστηκεν· καὶ ψαλμόν τινα δόντες τῶν εἰς αὐτοὺς λεγομένων γεγραμμένον ὡσεὶ εἰς πιττάκιον, καὶ λέγειν αὐτὸν συνεχῶς ἐπιτρέψαντες· ἡ δὲ φαγοῦσα τὸν πάστελλον, καὶ τελείας τυχοῦσα τῆς ῥώσεως, καὶ τὸν ὕμνον ὑμνήσασα, καὶ τοῦτον ἀεὶ μελῳδεῖν ὑποσχομένη τοῖς μάρτυσιν, ἐπὶ Παλαιστίνην καὶ Καισάρειαν ᾤδευσεν· ἡμεῖς δὲ καὶ νῦν τοὺς ἀθλοφόρους ὑμνήσαντες, ἐφ' ἑτέραν αὐτῶν πανύμνητον πράξιν ὁρμήσωμεν.

berat antea confestim evomuit, quod in eius superficiem sparsim efferbuit; et hoc facto, dolores modicum quieverunt. Illucescentes autem iterum sancti perfectam ei conferunt sanitatem, pastillum porrigentes ad manducandum, quod species est placentae, et psalmum quemdam ex his qui in martyres illos dicebantur quasi scriptum in pittacio tribuentes, et hunc dicere continuatim praecipientes. At illa cum pastillum manducasset, et perfectam sanitatem percepisset, hymnumque cecinisset, sanctis hunc se semper melodice canere repromittens, ad Palaestinam profecta est et Caesaream. Porro nos etiam nunc cer-

Digitized by Google

ξθ. ΠΕΡΙ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΤΥΦΛΟΥ.

Μέχρι τίνος τὸν κάλαμον σκύλλωμεν, καὶ τὴν δεξιὰν πρὸς τὸ γράφειν ἐλαύνωμεν, καὶ τὴν φωνὴν πρὸς τὸ βοᾶν διεγείρωμεν; κέκμηκεν γὰρ ὁ κάλαμος, καὶ ἡ χεὶρ ἔτι τρέχειν οὐ δύναται, καὶ ἡ φωνὴ σὺν τούτοις ἠσθένησεν, τῆς συντονίας παυσαμένη καὶ λήξασα· καίτοι τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος γεγραφότος μανθάνομεν, ὡς τὸ σπαρτεῖον τὸ ἔντριτον, οὐ ταχέως διαῤῥαγήσεται· ταῦτα δὲ καὶ τρία τυγχάνοντα, καὶ ἓν ἔχοντα βούλημα, καὶ μιᾶς γνώμης ὑπάρχοντα, καὶ σκοπὸν ἕνα σῄσάμενα, Κύρου καὶ Ἰωάννου κη-

tatores hymnorum praeconiis frequentantes, ad aliam ipsorum properemus laudabilem modis omnibus actionem.

69. DE IOHANNE CAECO ROMANO.

Usquequo calamum vexamus, et dexteram ad scribendum minamus, et vocem ad clamandum excitamus? fatigatus est enim calamus, et manus currere ultra non valet, sed et vox una cum his infirmata est, ab assiduitate cessans et desinens, quamquam sapiente Salomone scribente didicerimus, quod funiculus triplex difficile rumpatur. Haec autem cum tria essent, et unum haberent consilium, et sententiae unius existerent, inten-

Digitized by Google

ρύξειν τὰ θαύματα, καὶ ῥῆξιν ὑπέμειναν, καὶ κόπῳ βέβληνται, καὶ καμάτῳ πεπτώκασιν, καὶ τὴν ἧτταν ἐνδέδυνται, πρὶν ἢ κηρύξαί τι τῶν ἁγίων ἐπάξιον, ἢ τῶν ἀξιαγάστων αὐτῶν τεράτων βραχύ πως τι μόριον· βοᾶν δὲ καὶ μόνον ἰσχύουσι, τῆς οἰκείας ἀσθενείας τὸ μέγεθος· ὅθεν καὶ τὸ παρὸν θαῦμα βιαίως κηρύξαντα, ἐν τῷ μετὰ τοῦτο τέρατι παύσονται, πολλὰ τοὺς ἁγίους αἰτήσαντα, συγγνώμην αὐτοῖς σὺν ἀμνηστείᾳ δωρήσασθαι προπετοῦς καὶ μεγίστου τολμήματος.

Νῦν δὲ τέως τούτων ἀφέμενοι, τὰ κατὰ Ἰωάννην πρὸς δύναμιν λέξωμεν, καὶ τοῖς ἀκούουσι ποιησώμεθα γνώριμα· ῥωμαῖος οὗτος ἐτύγχανεν,

„ *tius tribuenda videntur. Est illorum exordium*: si „ omnes mei sensus (*labitur memoriâ Baronius qui* „ *scribere debuit* si omnes mei corporis artus, *uti le-* „ *gitur apud nos.* „) *Eandem de istis actis sententiam prae se tulerat Baronius in annal. ad an. cccx. qui et ipsis ad contexendam Petri historiam naviter usus est. Ego igitur auctoritate Baronii fretus, praetereaque bonitate captus actorum horum, quae in pervetusto codice reperi vaticano* 602, *decrevi illico post Sophronium, qui multa nobis in hoc volumine de alexandrina civitate narravit, passionem hanc celeberrimi eiusdem urbis episcopi et martyris collocare; praesertim cum idem Anastasius tum sophroniani operis tum Petri actorum interpres fuerit.*

*Praeter haec sincera et anastasiana de quibus hactenus dixi acta, latina alia legebam in codice vat.* 622, *aeque ferme antiquo; haec tamen illa ipsa sunt quae Combefisius in lectis triumphis martyrum p.* 189. *seqq. graece edidit, et latinitate nova donavit, quia veterem codicis vaticani textum ignorabat. Tria sunt igitur sancti Petri alexandrini martyris acta*; 1. *sincera nostra et omnium optima, Baronio iudice*; 2. *breviora illa latina apud Surium*; 3. *graeca combefisiana quae sunt eadem latine in codice ut diximus vat.* 622. *Nos vero prima et praestantia atque inedita recitabimus.*

Digitized by Google

# SANCTI PETRI

## EPISCOPI ALEXANDRINI ET MARTYRIS

### ACTA SINCERA

### ANASTASIO BIBLIOTHECARIO INTERPRETE.

Si omnes mei corporis artus verterentur in linguas, omnesque membrorum compages articulatas ederent voces, quis vel qualis, quantusve fuerit beatissimus pater noster Petrus alexandrinae sedis archiepiscopus, exprimere nullatenus sufficerem. Praesertim quanta tyrannorum pericula, quantosque gentilium atque haereticorum subierit conflictus, papyris omnia tradere, vel maxime incongruum ducimus, ne favoris illius panegyricum commendare potius videamur quam passionum, cuius praeclaro annisu populum Deo acquisitum salvum facere viriliter cucurrit. Verumtamen quia ad intimae conversationis ac mirificae eius actionis narranda praeconia ratio succumbit, et sermo sufficere nullatenus valet, ideo commodum aestimamus ea solummodo describere, quibus utique ad pontificatus apicem conscendisse pandatur, et Arrio a catholica unitate praeciso, martyrialibus laureis sit coronatus. Hunc tamen gloriosum finem ac magnifici certaminis speculum, operae pretium eis sufficere credo, qui nostram adtendunt devotionem, ac sine mendacii fuco veridicam non ambigunt narrationem. Huius itaque sanctissimi viri episcopale inchoantes exordium, ipsius flagitemus orationem, ut nos eam nostro stilo cooperatricem habere gaudeamus.

Digitized by Google

Alexandria igitur urbs copiosae magnitudinis est, quae non Aegyptiorum solummodo sed etiam Thebaeorum atque Libycorum haud procul ab Aegypto principatum tenet. Salutiferae autem Iesu Christi *domini* nostri incarnationis, ducentorum octoginta et quinque annorum circulus volvebatur, cum venerabilis Theonas eiusdem civitatis papa aethereo volatu caelestia regna conscendit (1). Cui profecto memoratus Petrus ad ministranda ecclesiae gubernacula succedens, ab omni clero et christiana plebe ordinatus est pontifex, *sextus* decimus scilicet a Marco evangelista simulque archiepiscopo eiusdem civitatis. Hic enim velut lucifer inter astra consurgens, sanctarum radiis virtutum emicans, arcem fidei magnificentissime gubernabat. In scripturis vero divinis priorum nullius inferior, ad *ecclesiae* utilitatem atque instructionem nobiliter *insistebat; prudentiâ* quoque singularis, et in omnibus perfectus, vere sacerdos et hostia Dei erga omnem sacerdotii curam diebus ac noctibus vigilanter desudabat.

Sed quia semper zelo percutitur virtus, feriuntque summos fulgura montes, aemulorum hinc inde multifarios patiebatur conflictus. Quid plura? paene omni tempore vitae suae in persecutione degit. Ordinavit interea quinquaginta et quinque episcopos. Meletius denique, nomine et mente nigerrimus, apud Lycopolitanam urbem schismaticus factus est praesul; multa quidem contra canonum agens regulam, superansque etiam cruentorum militum feritatem, qui in Domini passione veriti sunt dominicam scindere tunicam; adeo laxatis insaniae raptabatur habenis, ut catholicam scindens ec-

(1) Apud Eusebii chronicum, in utraque mea editione mediolanensi ac romana, ad hunc fere annum non obitus sed initium episcopatus Theonae refertur.

Digitized by Google

clesiam, non solum per civitates Aegypti, sed etiam per villas eius, suos sequaces ordinaret episcopos, et nihil ei curae de Petro erat, immo nec de Christo qui erat in Petro. Huic praefatus Arrius adhuc laicus adhaerebat, necdum clericali tonsura notatus, eratque illi eiusque domui admodum carus; nec immerito, omne animal ut ait scriptura simile sibi diligit. His autem cognitis vir Domini maerore confectus hanc persecutionem aiebat peiorem esse priore. Et licet quibusdam latebris absconsus, tamen pro viribus exhortatorios ubique dirigens apices, praedicansque ecclesiae unitatem, vegetabat eos adversus imperitiam et nefariam Meletii temeritatem. Unde factum est ut non pauci eius salutaribus monitis animati, a meletiana discederent impietate.

Per idem fere tempus Arrius viperea armatus versutia, quasi deserens Meletianos confugit ad Petrum, qui rogatus ab episcopis sublimavit eum diaconii honore, nesciens quippe tantam eius hypocrisin. Erat autem instar colubri pestifero suffectus veneno. Neque enim huiusmodi manus impositio huic sancto in crimen deputari potuit, sicut nec Simonis magica ars simulata adscribitur Philippo. Meletianorum interea detestabile nefas supra modum crescebat, pavensque beatissimus Petrus ne haeretica pestis totum sibi creditum invaderet gregem, simulque sciens quod nulla societas est luci cum tenebris, nullaque concordia Christo et Belial, Meletianos ab ecclesia per litteras segregavit. Et quia mala voluntas diu occultari non valet, ilico nefandissimus Arrius, propterea quod suos fautores ab ecclesiae dignitate cerneret divisos, tristitiae mancipatus gemebat. Quod sanctissimum virum minime latuit. Denudata namque eius hypocrisi, protinus evangelico

Digitized by Google

utens ferro, si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te, Arrium ab ecclesiae compage, utpote putridum membrum detruncans, foras expulit, et a fidelium communione extorrem esse mandavit.

His ita gestis, subito admodum ablata persecutionis procella, pax licet exigua refulsit. Tunc elegantissimus Domini pontifex populo manifestus illuxit, coeperuntque fideles ad martyrum memorias catervatim currere, et ad Christi laudem coetum congregare; quos divinae legis antistes divino oraculo vivificabat, erigebat, atque roborabat, crescebatque iugiter in ecclesia multitudo credentium. Sed haec non aequis oculis ille antiquus aspiciens humanae salutis hostis *haud* in longum quievit. Nam subito paganitatis turbo ex adverso intonuit, et more hibernalis imbris ecclesiae serenitatem perculit, eamque procul fugavit. Sed hoc ut manifestius intelligi possit, necessario ad impiissimi et Deo rebellis Diocletiani atrocitatem, pariterque Maximiani Galerii reflectimus articulum, qui eo tempore cum filio suo Maximino tyrannico dominatu orientales vexabat regiones.

Huius namque temporibus in tantum christianae persecutionis aestuabat incendium, ut non solum in uno mundi climate, sed etiam per universum orbem terra marique impietatis procella tonaret. Discurrentibus itaque hinc inde imperialibus syllabis atque crudelissimis decretis, Christicolae nunc palam nunc clandestinis iugulabantur insidiis; nullus enim dies nullaque nox ab effusione christiani cruoris transibat immunis. Nec typus interfectionis horrebat simplex; alii quidem diversis et acerrimis necabantur suppliciis; alii vero, ut etiam parentum humanitate patriaque carerent sepultura, ad alia transferebantur loca, novis

Digitized by Google

quibusdam et saeculo inauditis poenarum machinationibus ad martyrii compellebantur metam. Proh nefas! tanta erat illorum impietas, ut etiam divini cultus sanctuaria a fundamentis everterent, sanctosque libros igni cremarent. Defuncto itaque execrabilis memoriae Diocletiano, Constantinus maior ad regni gubernacula electus est, et occiduis partibus principatus sui coepit moderari habenas.

His profecto diebus Maximino (1) a quibusdam de praefato archiepiscopo relatum est, videlicet quod ipse christianitatis dux atque signifer esset; qui solita inflammatus nequitia, e vestigio iussit comprehendi Petrum et in carcerem retrudi. Quam ob rem quinque tribunos stipatos militum catervis Alexandriam destinavit; qui venientes iuxta quod sibi fuerat imperatum, subito rapientes Christi pontificem carceris custodiae manciparunt. Mira fidelium devotio! Ubi compertum est quod tantus vir carceralibus clauderetur ergastulis, cucurrit supra modum incredibilis multitudo, praecipue monachorum ac virginum chorus, et non materialibus armis sed lacrimarum rivulis et piae mentis affectu circumdederunt carceris ambitum, et tamquam boni filii erga bonum patrem, immo christiana membra christianissimo capiti, totis compassionum visceribus adhaerebant, erantque illi murus, observantes ne quis paganorum ad eum ingrediendi copiam haberet. Una nimirum omnium vota, consona vox, eademque compassio, mori potius quam sanctum quippiam mali perpeti viderent (2). Vir autem Domini cum

(1) Rectissime noster ponit Petri passionem sub Maximino, non sub Diocletiano, quod facit graecus ille biographus a Combefisio vulgatus, quo loco doctus editor p. 222. errorem hunc coarguit.

(2) Sic prorsus excubabat mediolanensis pia plebs circa Am-

Digitized by Google

paucos dies eodem nervo teneretur retrusus, tribuni fecerunt de ipso regi suggestionem; ille autem iuxta morem suae ferocitatis destinavit sententiam, ut beatissimum patriarcham capitali punirent discrimine. Porro dum hoc per aures christianorum serperet, coeperunt omnes unanimiter carceris aditum cum luctu et gemitu custodire, et obsistentes neminem gentilium illuc ingredi permittebant. Tribuni vero cum ad eum iugulandum nullatenus haberent ingressum, habito consilio statuerunt ut cuncti milites nudatis mucronibus popularem irrumperent turbam, et sic eum dumtaxat ad decollandum foras extraherent; mox vero siquis obsistere vellet, gladio interiret.

Arrius interea adhuc levitico tantum honore coloratus (1), metuens ne post exitum tanti patris reconciliari nullatenus valeret, adiit eos qui nobiliores erant in clero, et luctuoso precario blandoque sermone utpote simulator conabatur sancto suadere archiepiscopo, ut illi misericordiâ indulgeret, eumque ab huiusmodi solveret obligatione. Verum quid simulato corde fallacius? Quid sancta compositione. simplicius? Haud mora; ingressi sunt qui rogati fuerant ad Christi pontificem, et post consuetam orationem, consternati solo cum gemitu et lacrimis sacras eius deosculantes manus, flagitabant eum dicentes: te quidem, beatissime pater, secundum fidei dignitatem Dominus ad martyrii coronam vocavit, quam te celerius accipere, nequaquam ambigimus. Idcirco iustum putamus, ut solita pietate indulgeas Arrio, eiusque fletibus veniam tribuas.

brosium episcopum suum, cui furor Iustinae arrianae imperatricis imminebat, teste oculari Augustino Confess. lib. IX. cap. 7.

(1) Recte hoc dicitur, secus ac graeca acta Combefisii et cod. vat. 622. in quibus falso dicitur presbyter Arrius sub Petro.

Digitized by Google

Quibus auditis vir Domini cum indignatione submovit eos, et elevatis sursum manibus exclamans dixit: pro Arrio me audetis supplicare? Arrius et hic et in futuro saeculo a gloria filii Dei Iesu Christi domini nostri semper erit segregatus semperque manebit extorris (1). Haec illo protestante, omnes qui aderant, timore perculsi tamquam muti reticebant. Porro suspicati sunt eum non sine divino nutu talem in Arrium proferre sententiam. Quos dum clementissimus pater cordis compunctione silentes ac maestos aspiceret, noluit austerus permanere, vel eos quasi contempnens sine satisfactione relinquere; sed assumens Achillam et Alexandrum, qui in sacerdotibus seniores ac sanctiores esse videbantur, unum ex eis habens ad dexteram, alterum quoque ad laevam, paululum eos segregavit a ceteris, et clauso sermone dixit ad eos: nolite me, fratres, tamquam inhumanum ac rigidum accipere; revera enim et ego homo sum sub lege peccati degens; sed credite meis sermonibus. Latens Arrii dolus omnem superat iniquitatem, omnemque supergreditur impietatem; et hoc non a memet ipso asserens, eius sancivi segregationem. Hac etenim nocte dum sollempniter preces ad Deum funderem, astitit mihi quidam puer quasi duodecim annorum, cuius faciei claritatem ferre non poteram, nam tota haec cella in qua stamus immenso lumine radiabat. Ipse autem linostimum erat indutus colobium, scissum in partes utrasque a collo usque ad pedes, tenensque gemina

(1) Addunt heic acta combefisiana *quemadmodum ille Dei filium a paterna gloria et substantia sequestravit*. Male, quia nondum Arius suam haeresim patefecerat, sed ob schisma tantummodo meletianum, et suspectam agendi rationem exclusus fuerat. Hoc additamentum ne alter quidem codex vat. 622. agnoscit.

Digitized by Google

manu colobii scissuras, applicabat eas pectori suo, quatenus propriam tegeret nuditatem. Ad hanc quippe visionem ego miratus obstupui. Mox ubi data est mihi loquendi fiducia, exclamans dixi: Domine, quis tibi hoc scidit indumentum? Et ille: Arrius me scidit, sed praecave omnino ne eum in communionem recipias; ecce enim crastina die venturi sunt qui te pro eo postulabunt. Vide ergo ne suasus acquiescas illis; quin potius iubeto Achillae pariterque Alexandro presbyteris, qui post tuum transitum recturi sunt ecclesiam meam, ne aliquatenus illum recipiant. Tu autem futurus es martyrii sortem velocius explere. Huius autem visionis causa nil amplius fuit. Ecce satisfeci vobis, et quae iussa sunt prorsus annunciavi. Ceterum quid ex his facietis, vos videritis. Et de Arrio quidem haec.

Nostis praeterea, karissimi, et bene nostis qualiter huc usque vobiscum conversatus sum, quantasque conflictationes ab idololatris sustinui gentilibus, qui dominum Salvatorem ignorantes, multitudinem Deorum qui non sunt, insanientes diffamare non cessant. Scitis profecto quomodo persecutorum declinando rabiem, de loco ad locum profugus ibam. Plurimum namque in Mesopotamia latitans degi, ac perinde apud Syriam Phoenicis delitui, in utraque etiam Palaestina diutius peregrinationem sustinui; et exinde, ut ita dicam, in alio elemento, hoc est in insulis non parvo tempore moratus sum. Et in his omnibus degens calamitatibus dominico gregi qui meae parvitati commissus est, die noctuque scribere non desinebam, confirmans eos in Christi unitate. Horum enim anxia sollicitudo cor meum sedule instigabat, et me quiescere non sinebat; solummodo levius me habere putabam quando eos supernae potestati committebam.

Digitized by Google

Iam vero propter fortunatos pontifices, Phileum dico, Hesychium (1), atque Theodorum, qui digne a divina gratia sunt vocati, quam gravis me tribulatio quatiebat! Hi enim, ut ipsi scitis, ob Christi fidem cum reliquis confessoribus diversis macerabantur suppliciis. Et quia in tali agone non solum clericorum sed etiam laicorum ipsi erant signiferi et praeceptores, propterea valde verebar, ne longis deficerent cruciatibus, et eorum defectio, quod dictu grave est, plurimis negandi foret offendiculum; erant enim ultra sexcentos sexaginta, qui cum eis carceralibus artabantur ergastulis. Unde magno labore magnoque satagens sudore, non cessabam de praedictis locis scribere omnibus illis, exhortans eos ad martyrii palmam magisterio divini affatus. Quando vero omnium eorum magnificam audivi perseverantiam et passionis gloriosum finem, cadens in terram adoravi Christi maiestatem, qui eos inter martyrii catervas annumerare dignatus est.

Quid etiam vobis de Meletio lycopolitano (1) commemorem? qui quantas persecutiones, quantosque dolos mihi sit iaculatus, vos omnimodo scire nullatenus ambigo. Proh nefas! scindere sacrosanctam ecclesiam non metuit, quam Dei filius pretioso sanguine redemit, eamque ut de diaboli tyrannide liberaret, animam ponere non titubavit. Hanc, ut dicere coepi, nequissimus Meletius scindens, etiam sanctos episcopos, qui ante paululum per martyrium caelos penetrarunt, in carceris custodia expugnare atque affligere non de-

(1) Acta combefisiana et cod. vat. 622. addunt *Pachomium*.

(2) Optime noster; erat enim Meletius Lycopoleos in Thebaide episcopus. Pessime acta combefisiana *in Lycaonia*. Iam res Meletii late scribuntur a priscis historicis et a Baronio ad an 306. n. XLV. seqq.

Digitized by Google

sinebat. Cavete igitur ab eius insidiis. Ego enim, ut ipsi videtis, alligatus divina caritate proficiscor, voluntatem Dei omnibus anteponens. Scio nempe quia tribuni de mea nece trepidantes mussitant, sed nullum ex hoc eis sermonem inferam, neque enim animam meam pretiosiorem me ipso faciam. Quin immo paratus sum perficere cursum quem mihi dominus meus Iesus Christus polliceri dignatus est, et ministerium quod ab ipso accepi, ei fideliter assignare. Orate pro me, fratres; ulterius me in hac vita vobiscum vivere iam non videbitis. Quapropter testificor coram Deo et vestra fraternitate, quod omnibus vobis mundam servavi conscientiam. Non enim subterfugi annuntiare vobis quae mihi a Domino sunt iniuncta, et quae deinceps necessaria erunt pandere minime recusavi.

Quocirca adtendite vobis et universo gregi, *in* quo vos Spiritus sanctus seriatim episcopos *posuit*. Te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. En vobis viva voce protestor, quoniam post meum transitum insurgent quidam de ecclesia loquentes perversa, rursusque divident eam, ut Meletius, trahentes populum post suam vesaniam. Ecce praedixi vobis. Sed deprecor vos, o viscera mea, vigilate: oportet enim vos multas subire tribulationes. Neque enim meliores sumus quam patres nostri. An ignoratis quanta a gentilibus perpessus est pater meus, qui me nutrivit, sanctissimus Theonas episcopus, cuius pontificalem cathedram regere suscepi? O utinam et mores! Quid etiam de magno Dionysio eiusdem praecessore referam? qui profugus de loco in locum multas calamitates ab insano sustinuit Sabellio? Nec vos praeteream (1), sanctissimi patres ac divinae legis antistites,

(1) Rursus recte noster vitat errorem biographi graeci com-

Digitized by Google

Heracli atque Demetri, quibus fabricator perversi dogmatis Origenes multifarias temptationes incussit; qui coniecit in ecclesiam detestabile schisma, quod usque hodie confundit eam. Sed gratia Dei, quae illos tunc protegebat, credo enim quod et vos proteget. Sed quid vos ultra demoror, karissimi fratres, prolixi sermonis affatu? Superest ut ultima apostoli oratione vos prosequar ita precantis: et nunc commendo vos Deo et verbo gratiae eius, qui potens est gubernare et vos et ovile suum. Haec ubi dicta dedit, positis genibus oravit cum eis. Expleta itaque oratione, osculantes manus eius ac pedes Achillas atque Alexander conversi in lacrimas singultu amarissimo quatiebantur, maxime quia audierant eum dicere quod ex tunc temporalem eius vitam amplius visuri non essent. Dehinc doctor dulcissimus veniens ad reliquos clericorum, qui ut praemissum est pro Arrio ingressi fuerant, locutus eis verba novissima atque consolatoria et quae necessaria erant, deinde fusis ad Deum precibus vale faciens illis, dimisit omnes in pace.

His ita peractis, longe lateque ubique vulgatum est, quod Arrius a catholica unitate absque deifico nutu non sit abscisus. Ille autem fallendi artifex et totius nequitiae seminator, in sui pectoris labyrintho vipereum virus occultare non desinebat, sperans se ab Achilla vel Alexandro reconciliari. Hic est ille Arrius haeresiarches, consubstantialis et individuae Trinitatis divisor. Hic est qui ore temerario dominum Salvatorem super omnes haereticos blasphemare non metuit, dominum inquam Salvatorem, qui humanos miseratus errores, mortiferae dampnationis interitu condolens pe-

befisiani, qui Heraclium ac Demetrium post Sabellium ac Dionysium fuisse diserte dicit.

Digitized by Google

rire saeculum, pro omnibus nobis carne pati dignatus est. Neque enim divinitas, quae utique impassibilis est, passionem incurrisse credenda est. Sed quia theologi patres huiusmodi blasphemias a catholicis auribus meliori stilo procul amovere curarunt, et nobis aliud imminet, redeamus ad propositum.

Sagacissimus igitur pontifex animadvertens cruentissimam tribunorum stropham, quod ob eius perpetrandam necem, omnem christianorum qui tunc aderant multitudinem gladio interimere vellent, noluit eos pariter secum subire mortis acerbitatem, sed fidelis servus imitans dominum Salvatorem, qui dixit et fecit, pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis, ex pietatis argumento vocavit unum seniorem ex his qui ibidem responsis eius inhaerebant, et *dixit ei*: vade ad tribunos qui me interficere quaerunt, et dicito eis: cesset omnis anxietas, ecce promptus sum ultroneum me illis ingerere. Hac etenim nocte veniant post tergum domus carceris huius, et in quo loco audierint signum in pariete ab intus factum, ibi effodientes excipiant me, perficiantque quod sibi est imperatum. Senior vero obtemperans iussionibus sanctissimi viri, neque enim tanto patri contradicere poterat, abiit ad tribunos et intimavit eis quod sibi fuerant iniunctum. Quod illi audientes valde gavisi sunt, et assumentes latomos circa noctis huius matutinum tempus venerunt sine militibus ad locum qui sibi fuerat ostensus. Vir autem Domini vigil in oratione et vigiliis totam noctem insomnem duxerat. At ubi eorum cognovit adventum, cunctis qui secum aderant sopore quiescentibus, lento gradu ingressus est in interiorem carceris partem, et iuxta condictam sponsionem sonum faciebat in pariete; quem illi forinsecus

Digitized by Google

audientes, facto foramine susceperunt Christi athletam non aerea lorica, sed virtute dominicae crucis undique munitum, paratumque implere divinum sermonem qui dicit, nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Mira res! Tam validus imbrium turbo collisionesque ventorum in eadem strepuere nocte, ut nemo eorum qui observabant carceris fores, posset audire effodiendi sonum. Constantissimus autem martyr urgebat homicidas illos: facite, inquiens, quod facturi estis, prius quam hoc sentiant qui me custodiebant.

At illi tollentes eum duxerunt in locum qui dicitur bucolia, ubi et sanctus Marcus martyrium pro Christo suscepit. Stupenda sanctorum virtus! Cum eum ducerent, et tantam illius constantiam circa funereos casus tantumque animi robur inspicerent, subito horridus pavor timidusque tremor eos invasit in tantum ut nullus ex eis in faciem eius intendere auderet. Rogabat praeterea martyr beatissimus ut sinerent eum ad sancti Marci evangelistae memoriam ire; cupiebat enim eius se patrociniis commendare. At illi prae pudoris confusione terram despectantes, facito inquiunt quod vis, tantum velocius. Accedens itaque complexus est sacratissimum evangelistae coemeterium, et veluti in carne viventi atque audienti loquens, hoc modo precabatur. Pater honestissime, tu evangelista unigeniti Salvatoris, tu testis passionum illius, te primum pontificem et firmamentum cathedrae eius liberator omnium Christus elegit, tibi fidei praeconium per totam Aegyptum et circum terminos eius insonare commisit. Tu, inquam, ministerium humanae salutis, quod tibi creditum fuerat, vigilanter explesti; huius nimirum

Digitized by Google

laboris mercedem martyrii palmam percipere meruisti. Unde non immerito dignus es evangelista simul et episcopus praedicari. Tui nempe successor fuit Anianus, et reliqui(1) per succiduam seriem usque ad beatissimum Theonam qui meae infantiae colaphos dare, et meam indolem nutrire dignatus est. Cui etiam ego peccator et indignus ultra meritum hereditario gradu successor effectus sum. Et quod potissimum est, ecce dominicae pietatis largitio me pretiosae crucis ac festivae anastasis martyrem fieri condonavit, tribuens meae devotioni suae passionis iocundum odorem, ut et ego hostiam mei cruoris libare illi dignus efficiar. Et quia istiusmodi libationis urguet articulus, ora pro me ut divina opitulante virtute stadium huius agonis corde robusto ac fide promptissima perficere merear. Commendo etiam tuae gloriosae paternitati *christicolam* gregem, qui mihi pastorali regimine commissus est; tibi, inquam, eum suppliciter commendo, qui omnium praecedentium ac subsequentium in hoc pontificali throno auctor atque tutor esse probaris, quique huius primatum habens, non hominis, sed Dei et hominis Iesu Christi, successor existis. Et haec dicens, haud longe a sacro tumulo remotis vestigiis manibusque in caelum extensis, voce magna precatus: unigenite, inquit, Verbum aeterni patris Iesu Christe, exaudi me tuam interpellantem clementiam; pacifica, quaeso, tempestatem ecclesiae tuae, effusione sanguinis mei servi tui conclude persecutionem populi tui. Tunc quaedam virgo Deo dicata, quae asceteriolum huius evangelistae coemeterio conterminum habebat, pernoctans in oratione audivit vocem de caelo dicentem: Petrus initium

(1) Bene noster per hanc reticentiam vitat nominum perturbationem quae occurrit in actis combefisianis et in cod. vat. 622.

Digitized by Google

apostolorum, Petrus finis martyrum episcoporum Alexandriae.

Completa oratione deosculans tumbam beati evangelistae et reliquorum pontificum qui inibi tumulati erant, exivit ad tribunos. At illi videntes faciem eius tamquam faciem angeli, terrore perculsi verebantur ei aliquid de instanti agone loqui. Verumtamen quia Deus non deserit sperantes in se, noluit martyrem suum in articulo tanti discriminis absque solatio relinquere. Ecce quidam senex et quaedam virgo vetula venientes ex oppidis properabant in civitatem, quorum unus quatuor venalicias deferebat pelles, altera quoque geminas sindones. Cernens eos beatus antistes, cognovit erga se divinam dispensationem. Ilico percontatus est dicens, christiani estis? qui dixerunt, etiam. Et ait, quo pergitis? Et illi, ad nundinas inquiunt urbis ut venundemus haec quae deferimus. Clementissimus autem pater subiunxit: filioli mei fideles, Deus vos destinavit, perseverate mecum. Qui protinus eum agnoscentes, dixerunt: ut iussisti, Domine. Et conversus ad tribunos, eia agite inquit quod acturi estis complentes regiam iussionem, quoniam dies iam illucescere coepit. Ipsi autem ob nefaria principis decreta quasi vim patientes, tulerunt eum e regione sanctuarii evangelistae in vallem iuxta sepulchra. Et sanctus expandite, inquit, o senes, pelles quas advectatis, simulque tu vetula sindones. Quibus expansis, robustissimus martyr desuper ascendens, palmas utrasque sursum extendit, ac proinde poplites humi fixus, animum quoque caelo intentus, gratiarum actiones omnipotenti agonothetae persolvit, muniensque se crucis signaculo dixit, amen. Dein omophorium relaxans a collo, cervicem tetendit; quod vobis, inquiens, iussum est, maturius deliberate.



Digitized by Google

Obriguerunt interea tribunorum manus, atque invicem se aspectantes ad hoc facinus provocabant; sed omnes formidine capti stupebant. Tandem ex consensu placuit, ut de communi aere interfectionis praemium apponeretur, et siquis istiusmodi scelus perpetrare ausus esset, ipse homicidii lucraretur questum. Haud mora; unusquisque eorum quinque protulit solidos. Verum, ut gentilis ait poëta, quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? unus ex eis ritu proditoris Iudae, pecuniae cupiditate audax effectus, exerto gladio Christi pontificem capite obtruncavit sub die scilicet ·VII· kalendarum decembrium (1), cum haberet in pontificatu annos ·XII·, quorum tres ante persecutionem, reliquos vero novem in diversis persecutionum generibus exegit. Exinde sublato ab spiculatore sanguinis pretio, mali emptores vel potius cruenti homicidae cito citius recesserunt, metuebant enim populi multitudinem, quoniam uti praelatum est absque militari praesidio erant. Corpus autem beatissimi martyris, quemadmodum patres affirmabant qui illuc primi convenerant, permansit adstans tamquam orationi incumbens, donec plurimi concurrentes invenirent illud eodem modo consistens; nimirum quod vivens saepius egerat, caro etiam exanimis testabatur. Senem quoque atque anum illam repererunt observantes cum luctu et gemitu pretiosissimum ecclesiae monile. Redinantes (2) itaque triumphale funus, sacrumque caput cervici opponentes, cooperuerunt sindonibus; sacrum vero cruorem

(1) Cod. vat. 622. *nona et vicesima die athyr mensis.* Acta combef. *πέμπτην ἐπὶ εἰκάδα τοῦ νοεμβρίου μηνός.*

(2) Notemus vocabulum. Pag. quoque 686. v. 16. lege *christicolum* ut est in codice, non *christicolam*. Nam et prior terminatio habet aliud exemplum in v. cl. Furlanetti additamentis.

Digitized by Google

qui secus effluxerat, peniculo reverenter collegerunt (1).

Convolans interea ex populosa urbe promiscui sexus innumerabile vulgus, plorans et eiulans invicem se sciscitabatur ignorans qualiter hoc evenisset. Revera enim a minimo usque ad maximum acerrimus fletus omnes rigabat. Primarii namque civitatis cum cernerent multitudinis laudabilem importunitatem, qui sacras eius exuvias lipsanorum gratia scindere satagebant, involventes eum pellibus atque sindonibus illis tutius perstrinxerunt. Semper enim sanctissimus Dei minister vestes sacerdotales albi coloris erat amictus, hoc est tunicam et colobium nec non et ómophorium. Post haec igitur orta est inter eos non parva contentio; quidam enim sacratissimos artus in ecclesiam quam ipse aedificaverat, ubi et nunc requiescit, advectare satagebant; alii autem ad sanctuarium evangelistae, ubi et martyrii metam complevit, deferre nitebantur: et dum neutra pars alteri cederent, religionis obsequium vertere coeperunt in pugnae litigium. Quorumdam interea senatorum animosa phalanx, ex his qui cursus (2) vocantur, videntes quae acciderant, nam secus mare erant, paraverunt scapham, subitoque arripientes sanctas reliquias imposuerunt naviculae, et ascendentes retro Pharum, per locum cui Leucado vocabulum est, venerunt in ecclesiam beatissimae Dei genitricis semperque virginis Mariae, quam ut dicere coeperamus ipse ob martyrum coemeteria ad occidentalem partem in quodam proastio (3) construxerat. Tunc

(1) En novum testimonium de veterum christianorum cura devota sanguinem martyrum conservandi, de qua re diu Boldettus in coemeteriis MM. lib. I. cap. 27. seqq.

(2) Intellige cursum publicum vehicularem vel navicularem.

(3) Graecismus pro suburbio.

Digitized by Google

populorum agmina ceu rapto sibi caelesti thesauro, alii per itinera, alii per devia quaeque properis cursibus insequuntur. Qui tandem venientes non iam ubi poneretur altercabantur, sed communi et non improbando consilio, prius eum decreverunt in sua cathedra ponere, et sic demum sepulturae tradere.

Et hoc, prudentissime lector, nolo tamquam otiosum deliramentum adtendas; quoniam si causam huiusce novitatis didiceris, mirans laudabilem populi zelum factumque probabis. Hic enim beatus antistes quando divini mysterii sacramenta celebrabat, non sicut ecclesiasticus mos habet, in pontificali throno, sed in eius subpedaneo scabello residebat; quod populi aspicientes, aegre accipiebant, et conquerentes acclamabant, oportet o pater in tua te sedere cathedra; et cum crebro id ipsum repeterent, surgens *Domini* minister eiusmodi querellas tranquilla voce sedabat, et iterum in eodem scabello residebat. Cunctis autem humilitatis gratia hoc agi videbatur. Quodam autem magnae festivitatis die cum sacra missarum sollempnia ageret, et tale quid facere vellet, non solum populus sed etiam clerus consona voce inclamantes dixerunt, sede in sede tua o episcope. Ille autem cuiusdam mysterii conscius, hoc audire dissimulavit; datoque reticendi indicio, neque enim ei quisquam obsistere pertinacius audebat, silere omnes fecit, et nihilominus eiusdem sedis scabello subsedit; celebratisque ex more missarum sollempniis, unusquisque fidelium ad propria repedavit.

Vir autem Domini clericis accersitis, intima serenitate tranquillus arguens eos temeritatis, cur inquit laicorum vocibus admixti me obiurgare non erubuistis? Attamen quia talis obiurgatio non de iactantiae coe-

Digitized by Google

noso torrente sed de purissimo fonte dilectionis manavit, aperiam vobis huius mysterii secretum. Plerumque enim cum throno illi approximare volo, video quandam in eo sedere virtutem (1), fulgore luminis admodum radiantem. Mox ergo inter gaudium et pavorem suspensus, agnosco me tantae sessionis prorsus indignum; et nisi scandali seminarium populo inferre titubassem, haud dubium quin nec ipsi scabello assidere ausus fuissem. Inde est, karissimi filii, quod vobis in hoc pontificalem regulam excedere videor. Verumtamen multotiens quando eam vacantem aspicio, sicut ipsi testes adestis, more solito sedere in illa non abnuo. Quapropter huiusmodi scientes arcanum, et pro certo expertum habentes, quia si mihi fuerit indultum, sedebo super eam, non parvipendens ordinis dignitatem, omittite iam popularibus ulterius favere inclamationibus. Haec nimirum pater sanctissimus dum adhuc viveret ad sacrum clerum coactus exposuit.

Horum ergo Christi fideles pia devotione reminiscentes, tulerunt eius sacratissimum corpus, et episcopali solio super sedere fecerunt. Tanta denique laetitia tantaque exultatio caelitus populo collata est, ac si eum animatum ac viventem adtenderent. Deinde odoriferis condientes aromatibus induerunt illum sericis indumentis; unusquisque enim quod anticipare ferendo poterat, hoc sibi maximum lucrum deputabat. Tum victricia signa palmas gerentes, flammantibus cereis, concrepantibus hymnis, flagrantibusque thymiamatibus, caelestis victoriae triumphum celebrantes, deposuerunt sanctas reliquias, et sepelierunt eas in coemeterio, quod dudum ab eo fuerat constructum, ubi ex tunc et usque in hodiernum diem miraculorum vir-

(1) Intellige vel ipsum Deum vel angelum.

Digitized by Google

tutes fieri non deficiunt. Pia etenim vota felici exauditione laetantur, infirmantium sanitates restaurantur, expulsiones immundorum spirituum, martyris meritum testificantur. Haec munera, domine Iesu, tua *sunt*, cui consuetudinis est martyres tuos post mortis exitium sic magnificare felicius; qui cum Patre et consubstantiali sancto Spiritu vivis et regnas per infinita saecula saeculorum. Amen. (1)

Post haec qualiter doli artifex lupus, hoc est Arrius, ovina pelle contectus, dominicum ovile dilaniare intraverit, vel quo pacto sacerdotii dignitatem usurpare valuerit, brevi relatu insinuare satagemus. Et hoc non ad eorum suggillationem qui lolium apostaticae contagionis caelesti ventilabro ab ecclesia proiectum ad aream dominicae messis revocare sunt ausi; hi enim sanctitate procul dubio insignes habentur, *sed tamen* tanto viro credere parvipendentes, *divinae* iussionis interdicta transgressi sunt. Quid ergo? reprehendimus eos? minime. Quamdiu enim nos hoc corruptibile aggravat corpus et deprimit terrena inhabitatio sensum nostrae infirmitatis, multi cogitantes facilius falluntur, putantes iustum esse quod est iniquum, castum quod est incestum. Gabaonitae caelesti comminatione penitus delendi, cum aliud haberent in voto, et aliud in voce habituque praetenderent, Iesum repromissionis terrae iustissimum divisorem celerius fallere potuerunt. David quoque prophetali flamine plenus cum verba mentientis pueri (2) audisset, licet investigabili iustoque Dei iudicio, tamen longe aliud egit quam sese res ha-

(1) Quae sequuntur de Arrio infeliciter ad presbyteratum assumpto a successore Petri Achilla, absunt omnino ab actis combefisianis, et a cod. vat. 622.

(2) Puto vel Absalomum vel Sibam. II. Reg. XIV. 33. XVI. 3.

Digitized by Google

buit. Quid etiam apostolis sublimius, qui se a nostra imbecillitate sequestrare nutaverunt? Nam unus eorum describit: in multis offendimus omnes. Alter quoque: si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Sed cum horum nos paenitet, tanto facilius veniam promeremur, quando non voluntate sed ignorantia vel fragilitate peccavimus. Et certe huiusmodi offensa non de praevaricationis affectu, sed de compassionis indulgentia processit. Ceterum super his apologeticum describere, aliis relinquimus (1); nos autem quod instat agamus. Postquam igitur magnificus propugnator Petrus, nomine suo dignus, per martyrii triumphum . . .

*Reliqua desiderantur.*

(1) Pulchra sane defensio; ex qua etiam coniicio, graecum Petri biographum prope abfuisse ab eiusdem temporibus, quandoquidem ipsius successori, quasi adhuc recentis memoriae, tam studiose patrocinatur.

Digitized by Google

# DE ALIQUOT SCRIPTIS THEOLOGICIS

## QUAE NUNC PROFERUNTUR

## EX ARABICIS ET SYRIACIS

### BIBLIOTHECAE VATICANAE CODICIBUS.

## EDITORIS MONITUM.

*Quantus fructus ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus percipi possit, Iosephus Assemanus demonstravit editis quatuor descriptionum atque excerptorum pretiosis voluminibus, quae titulum bibliothecae orientalis prae se ferunt. Arabicos autem eiusdem bibliothecae codices ferme octingentos ad publicam notitiam nos ipsi attulimus, impresso typis illorum syllabo (Script. vet. T. IV.) docto atque copioso quem idem Assemanus in dissolutis schedis reliquerat. Nunc demum in huius angulo libri placet nobis brevem aliquem ineditorum excerptorum numerum ponere, ex uno alterove arabicae ac syriacae linguae codice, auctorum partim catholicorum partim etiam heterodoxorum, qui de verendo arcanoque dominicae incarnationis mysterio scripserunt. Exiguum sane vel potius minimum spicum immensae intactaeque messis, de qua olim in praedicti voluminis praefatione verba feci. Utinam vero exoriatur aliquis doctus, qui susceptum ab Assemano consilium prosequens, de his Arabum codicibus talem bibliothecam congerat, qualem ipse Assemanus de syriacis construxit! Nunc eius rei specimen demus.*

Digitized by Google

*Est quidam apud orientales Iacobitas liber celeber ms. qui inscribitur* fides patrum, *in quo auctorum plerumque graecorum in arabicam linguam translatorum, tam rectam fidem quam distortam sequentium, testimonia congesta sunt, quae Monophysitarum dogmati favere creduntur. Igitur catholici etiam patres ingratiis saepe extra suam sententiam traluntur, vel ita certe a libri auctore volunt intelligi. Et quidem eiusdem instituti graecum quoque opus olim reperi,* (*cod. vat. gr.* 1431.) *ex eoque Gregorii thaumaturgi, Iulii papae, aliorumque patrum scripta in Script. vet. T. VII. et VIII. repraesentavi. Nunc autem ex codice arabico* 101. *unum proferam Thaumaturgi eiusdem fragmentum, et mox aliorum patrum alia, interpretibus vv. cl. Matthaeo Sciuhano, et Franc. Mehasebo maronitis; in quo Thaumaturgi fragmento siqua sunt obscura vel ambigua, ipse apprime codicis auctor arabs in causa credendus est. Deinde et illud cogitare proderit, quod nempe sanctus Basilius in epistola* ·ccx· *ad Neocaesarienses loquitur de quadam expositione fidei et colloquio Thaumaturgi cum Aeliano de Trinitate, ubi multae locutiones erant partim a librariis vitiatae, partim vero tales ut inde haeretici semet valde corroborarent, perperam illas interpretantes, atque ad sui dogmatis pravitatem trahentes; quum tamen sanctus pater ratione simplici et suo tempori idonea usus fuisset. Profecto hic est perpetuus Monophysitarum mos in laudandis pro se patrum orthodoxorum auctoritatibus, ut cum hi de unico Christo, unicoque individuo, hypostasive contra Nestorium vel eius* ὁμόφρονας *loquuntur, ilico id praedicti haeretici de una Christi natura velint intelligi. In cunctis istorum libris nihil hoc errore vel fraude sollemnius est.*

Digitized by Google

## I.

### Gregorius thaumaturgus episcopus Neocaesareae Ponti (1), proximus apostolis, in suo de Trinitate sermone haec ait.

Ego in omnibus tria essentialia video, substantiam, genus, nomen. Dicimus hominem, servum, curatorem; hominem propter substantiam, servum propter genus seu conditionem, curatorem propter denominationem. Dicimus etiam Patrem, Filium, et Spiritum sanctum; neque tamen haec sunt nomina quae ipsis postea supervenerint, sed sunt subsistentiae. Denominatio autem hominis non est reapse denominatio sed substantia cōmunis hominum, et propria est omnium hominum denominatio; nomina vero sunt *Adam, Abraham*, Isaac, Iacob; haec, inquam, nomina *sunt*. Sed divinae personae sunt quidem nomina; nomina tamen sunt personae; personae demum significant id quod est et subsistit, quae est essentia Dei. Nomen quoque naturae significat subsistentiam veluti si dicamus hominem. Cunctae (*personae*) una natura sunt, una essentia, una voluntas, appellanturque Trinitas sancta, quae sunt nomina subsistentia, una natura in tribus personis, ac genus unum. Filii vero persona unita est, nempe unum ex duobus, id est divinitate simul et humanitate, quae duae unum constituunt. Neque tamen hinc divinitas ullum accipit incrementum, sed Trinitas manet prout erat. Ne personis quidem, seu nominibus, novum aliquid accidit, sed eae aeternae sunt, et sine tempore. Nemo tamen ipsas ante cognoscere valuit quam Filius caro factus eas manifestavit dicens:

(1) Codex arabicus mendose *Caesareae Cappadociae*.

Digitized by Google

Pater, manifestavi nomen tuum hominibus; clarifica me tu quoque, ut cognoscant me Filium tuum. In monte autem Pater clamavit dicens: hic est Filius meus dilectus. Idemque super Iordanem Spiritum sanctum suum misit. Atque ita nobis demonstratum fuit; Trinitatem in pari honore esse sempiternam. Porro Filii ex Patre generatio incomprehensibilis est atque ineffabilis; et quia spiritalis est, scrutinio fit impervia; res enim spiritalis neque intelligi potest a re corporali neque vestigari: longe enim id abest ab humana natura. Nos quidem homines generationem nostram cognoscimus, sicut aliarum quoque rerum; res tamen spiritalis supra humanam conditionem est, neque ullo modo ab hominum mentibus potest intelligi. Spiritalis substantia perire nequit neque dissolvi; nostra autem, utpote facilis intellectu, perit atque dissolvitur. Quî enim fieri potest, ut homo qui sex lateribus circumcluditur, oriente, occidente, borea, austro, abysso, et caelo, rem intelligat quae supra caelos est, infra abyssos, ultra boream et austrum protenditur, quaeque omni loco adest, et omnem complet vacuitatem? Quod si nos spiritalem substantiam scrutari valeremus, eius utique excellentia deperiret. Consideremus quae in corpore nostro fiunt, ac porro videamus utrum nobis cognoscere liceat quomodo ex corde gignantur cogitationes, verba de lingua, et similia. Iam si haec, quae in nobis fiunt, minime agnoscimus, quî fieri potest ut increati creatoris mysterium, quod omnem mentem superat, intelligamus? Certe si homini pervium esset mysterium hoc, nequaquam divus affirmasset Iohannes: Deum nemo vidit umquam. Quem igitur nemo umquam vidit, is cuinam similis reputandus est, ut inde generationem eius cognoscamus? Et nos quidem sine

Digitized by Google

ambiguitate cognoscimus animam nostram in nobis habitare corpori unitam ; sed tamen quis animam suam umquam vidit ? quis eius cum corpore coniunctionem dispicere potuit? Id unum nempe cognoscimus, animam intra nos esse corpori copulatam. Sic ergo arguimus et credimus Verbum a Patre esse generatum, quin rei tamen rationem exploratam habeamus vel sciamus. Ipsum est ante omnem creaturam, sempiternum de sempiterno, ceu fontem a fonte, et lumen de lumine. Equidem vocabulum verbum ad illa tria pertinet verborum genera quae in scripturis nominantur, neque substantialia sunt, nempe (τὸ κατ' ἔννοιαν,) προφορικὸν, atque ἀρθρικόν. (τὸ κατ' ἔννοιαν) certe non est substantiale. Προφορικὸν autem est illa vox quam a Deo audiunt prophetae, seu propheticus ipse sermo ; ac ne hic quidem est substantialis. Denique ἀρθρικὸν, est *sermo humanus* in aëre efformatus, verbis constans, qui pariter haud est substantialis (1). Verumtamen Dei Verbum substantiale est, excelsa validaque natura praeditum, et cum ipso aeternum est, atque ab eodem inseparabile, neque periturum, sed sempiterna coniunctione mansurum. Verbum hoc caelum creavit et terram, et in ipso facta sunt omnia. Est hoc brachium virtusque Dei, a Patre propter indivisibilem naturam numquam separandum, et cum ipso Patre carens principio. Hoc nostram de Maria virgine sumpsit substantiam ; et quatenus quidem spiritale est, Patri est indivisibiliter aequale; quatenus vero corporeum, nobis pariter aequale est inseparabiliter. Rursusque quatenus spiritale est, aequiperat sanctum Spiritum inseparabiliter et sine termino: Neque duae erant, sed unica Trinitatis sanctae

(1) De his legesis graecos patres apud Petavium de Trin. lib. VI.

Digitized by Google

natura ante Filii Verbi incarnationem; atque unica mansit natura Trinitatis etiam post Filii incarnationem. Siquis vero accessisse incrementum Trinitati credit propter assumptam a Verbo humanitatem, is a nobis alienus est, et ab ecclesiae catholicae et apostolicae ministerio. Haec est fides integra, sancta, apostolica Dei sancti. Laus Trinitati sanctae in aeternum per saeculorum saecula! Amen.

## II.

*Alexander Petro martyri successit in sede alexandrina, splendidamque in nicaeno concilio gessit personam. Huius fragmentum ex libro de divinitate recitatum fuit in concilio ephesino, Labb. T. III. p. 507; id tamen a sequentibus differt, quae nobis codex arabicus obtulit. Item haec nostra differunt ab iis Alexandri epistolis seu fragmentis, quae Cavaeus commemorat.*

Ex homilia Alexandri archiepiscopi alexandrini.

Quaenam, oro, necessitas Verbum Dei filium coëgit in terram descendere, carnem de virgine sumere, paniculis involvi, reclinari in praesepe, lac adulescentulae sugere, baptizari in Iordane, iniuriam a Pilato pati, in cruce suspendi, sepulchro claudi, tertia demum die resurgere? Nonne haec omnia egit, ut nos ab interitu revocaret?

Item in eodem vel alio sermone.

O novum mysterium atque ineffabile! iudicatur iudex, ligatur qui peccatorum vincula solvit, qui mundum tenet tenetur, potatur felle qui vitam hominibus

Digitized by Google

tribuit, vivificans extinctus est, qui mortuos suscitat traditus sepulchro est. Miratae sunt caelestes virtutes, angeli obstupuerunt, timor elementa corripuit, creatura omnis attonita dixit: iudicatur iudex, et tacet? invisibilis cernitur, et id perfert? incomprehensibilis tenetur manibus, neque indignatur? impassibilis patitur, neque ulciscitur? immortalis moritur, idque tolerat? caelestis ponitur in sepulchro, idque fert aequo animo? Ob haec omnia creatura obstupuit.

## III.

*Silvestrum papam Leontius in opere de sectis act. III. cap. 4. collocat inter ecclesiae patres atque doctores; idemque in opere contra Monophysitas a me edito in Script. vet. T. VII. p. 134. recitat Silvestri particulam ἐκ τῶν πρὸς Ἰουδαίους. Rursus ego op. praedict. T. VIII. part. 2. p. 26. Silvestri eiusdem mediocre fragmentum protuli, cuius titulus (in editione mea nescio quomodo praetermissus) in codice vat. erat ἐκ τῆς πρὸς Ἰουδαίους ἀντιλογίας. Utique in Silvestri actis a Surio latine editis, quae non sine varietate in graecis quoque leguntur codicibus, disputatio quaedam Pontificis cum Iudaeis superest. Et quidem capitulo 30, de duarum naturarum in Christo coniunctione doctrina sana traditur, quam tamen monophysitae lectores ad suam sententiam vi trahebant. Igitur et arabs noster ex illa altercatione cap. 32. frustum sibi decerpsit, quo suum dogma confirmari frustra putabat; quod ego quidem frustum libenter heic adscribam, tum quia variat a latino Surii, ubi etiam pro Noë disputat Zambres, tum quia veritati huius disputationis pondus adiiciunt testimonio suo Leontius sexti saeculi homo, et hic arabs monophysita. Cunctae autem a me citatae Silvestri partes in eandem fere sententiam conspirant.*

Digitized by Google

Silvester unus ex primis Romae episcopis in altercatione cum Iudaeis de servatore nostro Iesu Christo, ait.

Siquis in meridie arborem, sole splendente, caedere vellet, nonne tum securis arborem feriret, sole omnino circumvestitam? Sane, inquit, Noë. Tum Silvester addidit: num fieri potest ut sol feriatur aut caedatur, qui ceteroqui securim et arborem prorsus circumambit? Sic igitur in Christo, corpus quidem est arbor, securis passio, sol est divinitas. Passus est itaque Christus, quin divinitas deminutionem ullam propter passionem perpessa sit.

## IV.

*De Felicis I. PP. deperditis scriptis legenda sunt quae Constantius erudite disputat ad epp. PP. p. 293–298, quibus ego hoc unum addo quod videlicet etiam Eutyches epp. S. Leonis XXI, pro se laudat, inter alias, Felicis quoque pontificis auctoritatem. Et quidem Felicis illud fragmentum quod Constantius p. 298. recitat, legebatur a me in cod. vat. gr. 1431. inter χρήσεις Iacobitarum. Sive ergo Felicis scripta ab Apollinaristis ficta fuerunt, ut putat Constantius, utque de illis certe Iulii demonstratum est (Phot. cod. 229. p. 830–831.) sive ea tantummodo a Iacobitis in suam sententiam perverse pertrahebantur, codex quidem arabicus novum nobis sub Felicis nomine fragmentum exhibet, in quo unica incarnati Verbi natura dicitur, quam locutionem in Cyrilli quoque et Athanasii, Gregorii thaumaturgi, ac Iulii papae, partim veris partim falsis omnino scriptis, deprehendimus, ut late Petavius disputat de incarn. lib. IV. cap. 4. 6. 7. qui hanc locutionem recte intellectam nihil officere sano dogmati evincit. Reapse tamen post chalcedonensis synodi definitionem atque praeceptum, unam iam dicere in*

Digitized by Google

*Christo naturam, quolibet subiecto sensu, non licet; ne forte orientales aliqui, traditionum suarum maiorumve patroni, adhuc inter catholicos versari hanc locutionem velint.*

Felix ex primis Romae episcopis in suo de incarnatione ac fide tractatu sic ait.

Credimus in Iesum Christum nostrum, et confitemur unicam eius personam, unicum individuum, unicam naturam Verbi incarnati, eiusque sine semine conceptionem. Is utique est Deus Verbum. Dei quippe est nativitas, Dei passio, Dei crux, et ferale sindonis involucrum, ac resurrectio (1). Quamobrem is dum penderet in cruce, mortuos suscitabat, qui ante aliquot saecula morte quieverant. Ipse solus unicusque est, idem in caelis idemque in terris, invisibilis ac *visibilis*. Ipse est Dei filius ante saecula, qui *deinde in* Maria habitavit saeculis completis. Ipse est unicum individuum, una persona. Siquis autem ita non credit et confitetur, eum nos excommunicamus.

V.

*Felicis fragmento subnectimus Innocentii I. latiorem particulam ex eius inedita epistola ad Severianum Gabalorum episcopum. Equidem in codice arabico non* Gabala, *sed* Haiala *scribitur, quae lectio vim quandam accipit ex eo quod* Aila *episcopalis est urbs Palaestinae apud Lequinium Or. ch. T. III. p.* 758; *sed tamen in paucissimis quos Lequinius novit eius urbis episcopis, Severianus non censetur.*

(1) Haec catholice dicta, nemo non videt, quia non divinitas pati dicitur; sed Christus, qui Deus est et homo, in humanitate sua patiebatur. Monophysitae tamen cum Patripassianis libenter hinc erroris sui ansam sumebant.

Digitized by Google

*Statim igitur de Severiano Gabalorum, urbis item syrae, episcopo cogitavi, qui contemporaneus fuit Innocentio; quodque magis interest in notitia epistolarum Innocentii deperditarum apud Constantium p. 921. cognoscimus, inter Severianum et Innocentium epistolas missitatas fuisse. Praeterea paulo infra in codice arabico fragmentum item Severiani legitur, quo loco non* Haiala *sed* Gabala *sedes eius episcopalis dicitur. Mendum igitur arabici codicis ex litterulae similitudine coortum est. Hoc ergo epistolare Innocentii fragmentum ab arabe homine nobis conservatum gratanter accipiamus.*

## Ex epistola quam ad Severianum Gabalorum episcopum scripsit Innocentius unus ex primis Romae episcopis.

Cum divinum e caelis Verbum advenit, et in virginis sanctae Mariae visceribus, de qua carnem sumpsit, habitavit, nequaquam corpus suum de caelo secum detulit, neque suam in terris divinitatem adeptus est; sed ipse Deus erat, ipse corpus suum in virginis utero efformavit; neque ullum in suo corpore conficiendo socium habuit, sed unus ipse confecit. Confitemur autem in omnibus, quae ab humanitate fiebant, comitem fuisse divinitatem, quae nullo umquam vel minimo temporis articulo ab humanitate seiuncta fuit. Confitemur etiam, eo ipso tempore quo noster e caelis Servator advenit, atque in virginis Mariae uterum descendit, divinitatem cum humanitate coniunxisse, quae numquam ulla in re vel actione divisae fuerunt, quandoquidem indivisibiles erant. Ac veluti eius divinitas fine caret, ita et eiusdem humanitas post resurrectionem in aeternum manet. Lac de femina suxit, nihilominus divinitas atque humanitas unum (*Christum*) constituebant. Nec quisquam putet, quo tempore di-



Digitized by Google

vinum in terris Verbum ad suscipiendum abs Iohanne baptismum accessit, tunc initium divinitatis eius fuisse, cum videlicet vocem patris e caelo exeuntem Iohannes audivit. Haud sane ita res se habet; verum ipso temporis articulo, quo in uterum virginis descendit, unum cum corpore et divinitate individuum effectum est; fuitque divinitas corporis consors; atque immutabili quadam ratione et insèparabili facta est unica unitas. Divinitas ab humanitate non est seiuncta. Christo in cruce existente, divinitas ab eius humanitate non secessit. In caelum ascendit cum corpore quod de virgine Maria sumpsit, atque ad optimi patris sui dexteram sedit. Haec fides nostra est. Qui autem non ita credunt, eos catholica ecclesia expellit, immo auctor eiusdem Deus excommunicat. Laus Deo in aeternum! Amen.

## VI.

*De Hierotheo, episcopo ut creditur antiquissimo, in operibus Dionysii areop. non semel appellato, nolo heic repetere quae Baronius scripsit in adn. ad martyrol. 4. octobr., et praecipue Halloixius in Script. orient. vitis. Sequentia vero fragmenta, prout sunt in cod. arabico, recito, nullum interponens de iis iudicium.*

### Hierothei apostolorum discipuli, et Athenarum episcopi.

Lex, prophetae, atque evangelistae nunciarunt Christum de virgine natum, et in cruce passum; ipsumque viderunt de mortuis resurgentem, caelos scandentem, a patre glorificatum, aeternumque regnantem. Is est perfecta Dei mens, ante luciferum genitus, re-

Digitized by Google

rum omnium hominisque ipsius cum patre creator, per quem omnia facta sunt in omnibus, patriarcharum ac legum latorum caput, sacerdotum pontifex, regum princeps, propheta inter prophetas, inter angelos angelus, homo cum hominibus, ab aeterno rege Deo patre generatus. Hic Noachum conservavit, Abrahamum deduxit, alligatus fuit cum Isaaco, peregrinatus est cum Iacobo, venditus cum Iosepho, dux fuit cum Moyse. Hic legem dedit populo, et Iosuae victoriam. Hic a Davide psalmis celebratus fuit, eiusque passio a prophetis praedicta. Hic de virgine carnem sumpsit, et apud Bethleem est natus. Hic panniculis fuit involutus, in praesepe reclinatus, et a pastoribus visus. Hic ab angelis collaudatus, et a magis adoratus. Haec illa fuit gloria, quae Iohanni apparuit cum Iesus in Iordane fluvio baptizatus est. Hic in deserto tentatus, dominus compertus est. Hic apostolos congregavit, regnumque annunciavit. Hic claudis gressum, leprosis sanitatem, lumen caecis, vitam mortuis donavit. Hic est quem populus in templo vidit, nec tamen in eum credidit. Hic a Iuda proditus, et a pontificibus captus. Hic clavis in corpore exceptis, ligno est adfixus. Hic mortem obiit, et funebri sindone fuit involutus, et postea revixit. Hic est dormientium resurrectio, pereuntium salus, lux degentium in tenebris, captivorum redemptor, dux errantium, vim patientium refugium, ecclesiae sponsus, pastor eorum qui liberati fuere, Cherubim rector, angelicarum turmarum antesignanus, Deus de Deo, Patris filius, Iesus Christus rex aeternus per saecula saeculorum (1). Amen.

(1) Haec omnia congessit Hierotheus ut unum esse Christum demonstraret, Deum simul et hominem.

Digitized by Google

## Eiusdem Hierothei.

Sacri libri quemadmodum Christum hominem, *sic* eundem Deum nobis declarant; atque ut corpus habere docent, ita etiam spiritu praeditum tradunt, eumque Verbum Dei esse, immo ipsum Deum. Atque ut eum postremis temporibus de virgine procreatum, sic etiam omnis creaturae primogenitum eundem cognoscimus. A Deo venit; et qui esuriit, idem turbas saturavit; idem sitivit, idemque potum propinavit, Hebraeis primum de lapide qui Christus est, atque idem Christus spiritalem aquam fidelibus ministrat ad vitam aeternam. Idem laboravit, idemque laborantibus et gravatis levamen praebuit. Idem Davidis filius et dominus. Idem de stirpe Abrahami, simulque *Abrahamo* anterior. Qui contumelias et sputa in facie pertulit, idem Spiritum sanctum insufflavit in apostolos. Qui maerorem est passus, idem populo laetitiam contulit. Qui consistens palpabilisque fuit, idem de medio circumstantium exiit, quin ab his capi potuerit. Ianuas clausas penetravit, nullum ab his impedimentum expertus. Qui dormiit, idem evigilans increpuit mare, imperavitque ventis qui obtemperarunt. Et quomodo alios resuscitavit, sic ipse in semet vivit, liberatorque est. In terra contumeliis blasphemiisque fuit appetitus, idemque celsior est cunctis caelestibus, a quibus etiam gloria adficitur. Crucifixus secundum infirmitatem, virtute Dei vixit. Ad infimas telluris abyssos descendit, idemque ad caeli summitatem conscendit. Clausus sepulchro est, qui universum mundum sua praesentia replet. Mortuus est qui in aeternum vivit.

Digitized by Google

## VII.

### Archaei qui post discipulos Domini episcopus fuit leptitanae urbis in Africa.

Celebrandum est pascha die dominico; tali enim tempore catholicae ecclesiae gaudium completum fuit, et unusquisque aeternae vitae destinatus; etenim eo die resurrectionis mysterium, speique immutabilis, et regni hereditate capiendi confirmatum est. Hoc tempore Dominus de morte triumphavit inimica hominum, corpore suo suscitato, quod numquam deinceps moritur, sed immutabile cum spiritu perseverat; quod quidem corpus gloria circumdatum Patri obtulit, postquam ei caelorum fores patuerunt.

## VIII.

### Eupraxii Armeniorum episcopi.

Si his non credunt, apostolo dicenti credant: cum venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Ait autem Deus filium suum esse Deum, non aliquem ex alio ortum, non unum ex aliis, sed suum tantummodo, cuius est generatio ineffabilis. Hunc autem postea incarnatum in muliere, factumque unum cum carne quam sumpsit. Aitque factum ex muliere propter id quod sumpsit, et factum sub lege, eiusque divinam generationem legem praecessisse, simulque ipsum lege esse posteriorem.

### Idem Eupraxius ait.

Erubescant nunc vanorum vocabulorum auctores.

Digitized by Google

Scriptum est enim, regnum Dei haud ab hominum consensu pendere sed a manifestatione ac virtute Spiritus. Caveat quisque ne deitatem a corpore separet. Unus est filius Dei.

## IX.

*Ut a codice arabico tantisper recedam, ad eundem mox reversurus, inseram heic homiliam Timothei ·III· alexandrini patriarchae haeretici, ex syriaco codice vaticano* 103. *sumptam (vide Script. vet. T. V. part.* 2 *p.* 39.) *quae etsi idem argumentum Christi Dei et hominis, a Monophysitis saepe corruptum tractat, nihil tamen reprehensione dignum continere videtur. Timotheus hic alexandrinam anno Christi ·DXIX· adiit, anno autem ·DXXXV· mortem cum vita commutavit. Homiliae autem, cuius titulum infra recitabimus, mediocre fragmentum graece, id est in originario sermone, conservavit Cosmas indicopleusta lib. X. p.* 332. *inter patrum auctoritates ab ipso consarcinatas. Integram vero codex syrus praeditus exhibet; quare mihi placet partes quidem priorem et postremam apud Syros tantummodo extantes latine exhibere, mediam vero apud Cosmam superstitem, graece attexere; ita ut ex utraque lingua totus hic sermo lectoribus repraesentetur.*

Homilia Timothei archiepiscopi alexandrini, dicta in ambone ecclesiae Dionysii, cum lecta fuissent evangelica verba Iohannis " Iesus autem fatigatus est itinere, et sedit. „ Habita est die dominica, XXII. maii, indictione quarta.

### *Paulo aliter graecus titulus.*

Τιμοθέου, ἐν τῇ Κυρίνου ἐκκλησίᾳ κυριακῆς οὔσης, παχὼν κβ'. ἰνδ. ε'. ἀναγνωσθέντος τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου· ὁ δὲ Ἰησοῦς κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, ἐκαθέζετο.

Digitized by Google

## Homilia.

Dominus et Deus noster Iesus est ipsa veritas fiducia ac lux. Nulla in hoc est difficultas, nihil abstrusum, nihil quaestioni obnoxium; sed se talem credi perfecte voluit, qualis reapse est. Ταγαρεῦν ἐπειδὴ θεός ἔστιν ἅμα καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, πιστεῦται διὰ τῶν ἔργων ἀμφότερα, καὶ λανθάνειν τοὺς ὁρῶντας οὐκ ἀνέχεται· ὅτι μὲν γὰρ φύσει θεός τε ἐστὶ, διὰ τῶν ἔργων καὶ διὰ τῶν σημείων ἐπιδείκνυται, λεπροὺς καθαιρῶν, φωτίζων τυφλοὺς, καὶ παρειμένους ῥωννὺς, καὶ τεθνηκόσι διδοὺς ζωήν· καὶ τὸ δὴ μέγιστον, ταῦτα γὰρ ἴσως καὶ προφῆται κατώρθωσαν, διαῤῥήδην παῤῥησιαζόμενος καὶ λέγων, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν· ἀλλὰ τοῖς μὲν, ὡς ἔφην, πιστεῦται τὸ μεγαλοφυὲς τῆς θεότητος· ὅτι γε μὴν καὶ ἄνθρωπός ἐστιν ἀληθῶς ὁ αὐτὸς, οὐδὲ τοῦτο βούλεται λαθεῖν, προανακόπτων τοὺς τὴν φαντασίαν νοσοῦντας, δεικνὺς ἐναργῶς πάθεσιν ὑποφυργῶν· καὶ παίοις πάθεσιν; ὅσα δι' ἀσθένειαν οὐ δι' ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ προσῳκείωται, τὸ πινῆν λέγω, καὶ διψῆν, καὶ ὑπνοῦν, καὶ κοπεῦσθαι· ταῦτα γὰρ φύσει καὶ οὐ προαιρέσει συμβαίνοντα, ἁμαρτίαν τοῖς ὑπομένουσιν οὐ προστρίβεται· τούτοις οὖν ὁ κύριος τοῖς ἀναμαρτήτοις πάθεσιν ἔφησε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα πειθαρχεῖν, δεικνὺς σαφῶς ὡς φύσει καὶ ἀληθείᾳ καὶ οὐ δοκήσει, γέγονεν ἄνθρωπος. Idcirco ille esuriit, qui quinque panibus quinque hominum milia satiavit; sitivit is, qui de lapide potum Israheli in deserto elicuit; laboravit is, qui dixit, venite ad me omnes qui laboratis et gravia onera fertis, et ego reficiam vos. Item dixit, tristis est anima mea usque ad mortem, ille qui lacrimas ex omnium facie abstergit.

Digitized by Google

Illum denique dormisse etiam audimus, qui ait non dormire neque dormitare eum qui Israhelem custodit. Cum igitur audis, o sodes, has humiles passiones, cave ne ab excelsa divinitate unigeniti filii Dei discedas. Ait praeterea divus evangelista, Iesum ex Iudaea secessisse; id quod ob multa significanda patravit; primo ut suam divinitatem ostenderet; iterum ut demonstraret se tempore idoneo interfectores suos vitare, ne isti audacter Deum tentarent; denique ne ante statutum tempus ansam perfidis Iudaeis praeberet, ut suum peccatum perficerent: quare etiam ab his quaesitus ad necem, turbae immixtus delituit. Idcirco discipulos quoque monuit, ne in viam gentium abirent, nec in Samaritanorum urbem introirent. Ergo haec omnia tempestive optimeque acta sunt; nam et cum morabatur, proderat; et peregrinans, opem ferebat; et cum aliis saberat, tamen docebat; et cum in concione fidenter versabatur, orabat; atque in omnibus animarum salutem operabatur. Cui sit honor in aeternum! Amen.

## X.

*Timotheo successit in alexandrina cathedra, pessimis erroribus iam maculata, Theodosius qui novae sectae factus est auctor Theodosianorum seu Corrupticolarum. Et quidem haereticos Theodosianos memorat adhuc Alexandriae vigentes sequente saeculo, id est septimo, sanctus Sophronius mirac. XII. p.* 170. *Huius quoque Theodosii fragmenta aliquot recitat graece Cosmas lib. praed. p.* 331, *sed quae cum copiosis nostris arabici codicis* 101, *ad quem denuo revertimur, minime congruunt.*

Digitized by Google

## Theodosius in epistola, quam in sua ad alexandrinum patriarchatum promotione, scripsit ad Severum Antiochiae patriarcham.

Confiteor Verbum Deum consubstantiale esse patri suo Deo, ideinque quominus cum eo existeret numquam cessasse, lumen de lumine, veritatem de veritate, viventem patris imaginem unde habet existentiam, et postremo sumpta carne factum esse hominem. Affirmamus iis, qui sapienter amanterque grande audiunt mysterium, Verbum natura Deum, factum insuper esse hominem, quin tamen a sua vera divinitate cessaverit; paupertatem sponte suscepisse, et nihil omisisse quod pertinet ad humanitatem; unumque effectum cum carne (1), sine proprietatum suarum mutatione; carnem dico cum suis passionibus, et cum anima rationabili ac intelligente; similitudinem nostram in cunctis assumpsisse absque peccato. Aiunt enim scripturae quod iniquitatem non fecerit, neque dolus inventus fuerit in ore eius. Aequum enim erat ut quam habuit Adamus naturam, in ea quoque victoriam consequeretur, mortemque destrueret. Quamobrem Paulus ut nos doceret qua de causa Salvator noster factus sit homo, ait: " quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum, et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti. „ Si

(1) Non *Christum unum* heic intelligit cum orthodoxis Theodosius, sed *unam naturam* cum Monophysitis designat; quae est perpetua in horum scriptis labes, Aegyptiorum scilicet, Syrorum, atque Armeniorum, quotquot ei haeresi adhaerent.

Digitized by Google

nos, de quibus daemon triumphavit, certae cuiusdem naturae essemus, Deus autem Verbum aliam, praeter nostram, assumpsisset naturam, cum qua unum essentialiter factum esset, eamque impassibilem atque immortalem dum carnem sumebat, reddidisset, ceu quidam haeresiarchae (1) audacter dixerunt; tunc inanis fides nostra foret, neque magnum quid videretur quod de diabolo Dominus triumphavisset. Rursus nisi Christus victoriam de eo retulisset, neque in sua carne eas qualitates habuisset quae sine peccato consistere possunt, scilicet nisi eius caro par nostrae esset, tum quod ad essentiam attinet, tum etiam quod ad patiendum; denique nisi mortem carne sua destruxisset, numquam stimulus mortis destructus fuisset, id est peccatum, consequenterque ne mortis quidem imperium extinctum fuisset. Sed cum is reapse de Davidis semine originem traxerit; nostrique, fratrum quippe suorum, similitudinem in cunctis adsciverit, excepto peccato, ut sapiens ait Paulus, morte sua triumphavit; quam sponte in suam carnem recepit natura passibilem; quaeque vere passiones nostras exceperat, quotquot peccato carent; triumphavit, inquam, de eo qui mortis imperium tenet. Quamquam ut Deus vere est impassibilis. Quid ni igitur tali de victoria gloriemur, de servitio in libertatem vindicati? Quis non miretur mysterium scripturarum, quae expellunt Eutychem, atque alienum ab ecclesia cum fautoribus suis declarant?

(1) Eutychem intelligit.

Digitized by Google

## Epistola eiusdem Theodosii patriarchae alexandrini scripta de exilio (1) ad christianum Alexandriae populum.

Christiani cum sitis, fratres, postulatis a me ut rectum fidei dogma vobis annunciem. Atqui ego probe compertum habeo, eum qui doctos docturus sit, haud oportere esse idiotam, ne tamquam pauper divitem hominem ad suum convivium invitet. Brevis autem intellectus mei modulus est, atque ut Moyses olim ait, loqui non audeo, et linguae tardioris sum. Interim tamen ut vestros animos, o Dei amatores, recreem, vobis significo me rectam et nullo modo distortam fidem retinere: aioque credere me in Deum patrum meorum, Deum omnipotentem, atque in eius praedilectum filium dominum nostrum Iesum Christum, nec non in Spiritum sanctum vivificantem, iuxta decreta trecentorum decem et octo patrum Nicaeae congregatorum, nec non illorum centum quinquaginta qui in urbe regia convenerunt, et ceterorum qui Ephesi conventum celebrarunt, impiumque Nestorium deposuerunt; nec non illorum qui Apollinarem similiter exauctoraverunt, unamque Dei Verbi naturam (2) nobis credendam proposuerunt. Confiteor insuper unum esse quem adoramus filium, Deum simul et hominem. Confiteor sanctam Mariam virginem matrem esse Dei Verbi, quod a Deo patre est, ipsamque illud in carne peperisse. Confiteor salutares a domino nostro Iesu Christo pas-

(1) Notae sunt ex ecclesiastica historia vices variae et fugae atque exilia Theodosii.

(2) En apertus monophysimus. Quin adèo ex fragmento quod Script. vet. T. VII. p. 73. dedimus, apparet Theodosium unicam quoque Christi operationem, ut Monophysitae solent, credidisse.

Digitized by Google

siones pro redemptione nostra perlatas, ipsumque in carne passum, in carne mortuum pro nobis, seque primogenitum mortuorum constituisse, qui vita est, vitaeque, utpote Deus, donator. Cunctis haeresiarchis anathema dico, iis praesertim qui malorum horum fuerunt auctores. (*Pergit Theodosius anathematizare nominatim Nestorium, Theodorum, Theodoretum Cyrilli adversarium, et Ibam; deinde Andream quemdam, quodque horribilius est, totum concilium chalcedonense (quod sanctum concilium praecipue invisum aegyptiis haereticis ait S. Sophronius mirac. XXXIX. p. 487.) et Leonem papam, a quibus ait in duas divisum fuisse naturas individuum Emmanuelem. Mox prosequitur.*) Anathema item dico Eutycheti, iisque omnibus qui dominum nostrum Iesum Christum consubstantialem nobis carne negant, divinitate autem patri. Anathema demum illis dico, qui duodecim *sancti* patris nostri Cyrilli capitula, vel aliud quidvis ex eius voluminibus oppugnaverunt (1).

Haec breviter dilectioni vestrae exposuimus. Nunc magni prophetae Moysis verba consideremus, qui duas confici tubas de puro argento mandavit, ut eis sacerdos quum opus foret israheliticum populum ad testimonii tabernaculum convocaret. Sapiens Cyrillus interpretatur sic, nempe Dei sacerdotes non semel sed

(1) Nota est Monophysitarum aeterna stropha, qui sibi ducem ingratiis sanctum Cyrillum praeposuerunt. Id potissimum in suo Philalethe seu Cyrillo, de quo opere apud nos inedito locuti alibi sumus, fecit Severus; quem salse in poëmate deridet Pisida v. 112.

Ὦ πανταχοῦ Κύριλλον εἰς μέσον φέρων,
Φρονῶν δὲ μηδὲν τῶν ἐκείνου δογμάτων.
*O qui Cyrillum semper buccis concrepas,*
*Nullique eiusdem dogmati consentis!*

Sic fere Ianseniani sanctum Augustinum habere se ducem iactant.

Digitized by Google

iterum congregari debere. Sic enim verus Israhel ad concilium vocatur, mens videlicet quae Deum spectat; traditurque doctrina fidelis de divinitate, et de incarnatione quam nostri causa est operatus; ut homo interior creetur, novus inquam homo ad imaginem sui creatoris. Quamobrem nos quoque spiritalis illius tubae, divi nimirum Cyrilli, doctrinas sanctas amplexi sumus.

Consolamur vos omnes, fideles verique Israelitae, cunctique festinemus ad verum testimonii tabernaculum, quod nobis unicus Christus sanguine suo adquisivit. Denuo igitur dico credoque in Deum omnipotentem, atque in unum dominum Iesum Christum, ex Patre natum ante omnia saecula, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Hic propter nostram salutem factus est caro ex Maria virgine, Spiritu sancto operante, homoque nobis omnino similis evasit, excepto peccato; quia iniquitatem non fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Hinc oportet ut Adami natura, in qua retulit victoriam, coronam triumphalem consequatur per Christi mortem. Cum enim is vivens crucifixus fuit, vita est factus, mortisque destructor. Hanc admirabilis unionis causam declaravit apostolus dicens: " quia pueri communicaverunt carni et sanguini, et „ ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem de„ strueret eum qui habebat mortis imperium, id est „ diabolum, et liberaret eos. Numquam enim angelos „ sed potius semen Abraham apprehendit. „ Profecto non erat Deo arduum eum destruere qui mortis tenet imperium; sed enim insuper liberare eum voluit, quem daemon devicerat; ideoque ex eo sumpsit, quod reapse sumpsit; passionesque etiam recepit, quatenus eum decebant, nec peccato reddebant obnoxium. Secus vero,

Digitized by Google

si Verbum ad nos venisset cum caelesti corpore, vel carnem sine passionibus innocuis suscepisset, ut volunt phantastici, ad gloriam minime perveniremus. Nunc quia ipse de semine Abrahae ortus est, seque *similem* fratribus suis effecit in omni re, praeter peccatum, ut hactenus diximus; cumque passiones in carne exceperit, mortemque etiam nostri gratia, qui alioquin quatenus Deus impassibilis immortalisque est, pulchram enimvero gloriam adquisivimus, atque ab amarae mortis minis expediti sumus.

Sic igitur fratres mei dilectissimi credite. (*Cumulat deinceps furiosus homo anathematismos suos contra orthodoxos, qui duas in Christo naturas confitentur. Deinde prosequitur contra phantasticos, et incorrupticolas, aliosque haereticos.*) Siquis dixerit Verbum ante resurrectionem suam, habuisse corpus *sine passionibus* iis quae carent peccato, ita ut *phantasmati* aut umbrae simile fuerit, anathema sit. Siquis dixerit vivificum Christi corpus in sepulchro fuisse corruptum, anathema sit; etenim scriptum est, animam eius in inferno non permansisse, neque corpus eius corruptionem vidisse. Siquis dixerit, in sacro corpore pretiosoque sanguine Christi, quae super altare extollimus dum ipsorum liturgiam perficimus (1), mortem eius ac passionem commemorantes, passionem aut mortem aut corruptionem intervenire, anathema sit.

Haec firma ac rata apud vos omni tempore sint. Aliam quoque sanctissimae Trinitatis personam confi-

(1) En novum testimonium palmare et perspicuum de corporis sanguinisque Christi praesentia in tremendo altaris mysterio. Et quidem vix apud orientales ecclesias vestigium ullum, aut ne vix quidem, contrarii erroris conspicitur. Confer etiam sequentem homiliam.

Digitized by Google

temur, vivificum nempe Spiritum qui a Patre procedit, aequaliterque cum Patre ac Filio semper glorificatur. Valete in Domino. Meum vobis, carissimi, in Domino amorem significo. Vos pro mea quoque infirmitate orate, ut clementissimus dominus Deus noster in recta fide nos servet ad extremum spiritum, quae nostra unica spes est. Patri, Filio ac Spiritui sancto laus sit nunc et semper per omnia saeculorum saecula! Amen.

Homilia dicta a Theodosio archiepiscopo alexandrino qua confitetur Trinitatis sanctae aequalitatem, contra suorum temporum perfidos. Dicta fuit haec homilia postquam in exilium pulsus fuerat.

Sonora illa prophetae Esaiae vox ait cap. VI. cum magnam Dei gloriam vidisset: vidi Dominum exercituum sedentem super solium excelsum atque sublime; Seraphim eum circumibant; sex alae erant uni, et sex alae alteri; duabus facies suas velabant, duabus item pedes suos; duabus denique volabant; et clamabant invicem alter alteri dicentes: sanctus, sanctus, sanctus Dominus exercituum. Quibus vocibus tria nomina innuebant, Patrem scilicet, Filium, et Spiritum sanctum, tres personas, tres subsistentias. Dixerunt " Dominus exercituum „ ut nobis effatim demonstrarent unum esse Deum. Dixerunt unum simulque tres, quia Deus in tribus hypostasibus est seu personis, unus tamen quod adtinet ad naturam, sicuti una est Trinitas sancta. Harum personarum una est potestas, una gloria, una deitas, unum imperium. Pater antea non sic extitit ut postea Filium genuerit, aut Spiritum sanctum; sed ita aeternus est Pater, ut coaeterni sint ei

Digitized by Google

Filius ac Spiritus sanctus. Filius genitus est a Patre, Spiritus autem ab eodem diffusus. Una est Trinitas increata. Neque vero Filius creatus fuit, sed a Deo patre genitus; Spiritus denique ex hoc ipso *diffusus*. Aversemur itaque amaram illam vocem verbaque diabolica Arrii veritatis hostis, cuius nomen non est commemorandum. Cuncti enim caelestes ordines exhorruerunt, cum is duram illam protulit vocem, Filium nempe Dei esse creatum. Perfidiam aeque repudiemus hostium Spiritus sancti, qui bellum ei inferunt, dum sub alieno imperio constitutum affirmant; quo dicto hi perfidi adversarii imperfectionem in sanctam Trinitatem invehunt. Neque item maledicta Sabellii verba admittamus, qui unam in Trinitate sancta agnoscit personam.

Profecto haud ita nos docuerunt *multis oculis praediti* Seraphim, quos in illum ignem intendere non valebant, nempe in Dominum exercituum, cuius gloriâ caeli ac terra redundant. Iam qui aspicit terram et facit eam tremere Deus Verbum, qui est in sinu Patris, consubstantialis per omnia Patri, hic caelo descendit, et in sancta Maria virgine incarnatus est, homoque est factus non phantasmatis instar, sed secundum rei veritatem, propter humani generis salutem; sumpsitque sibi de ipsa substantia nostra corpus, commune nobiscum, excepto peccato, anima et mente praeditum, anima inquam rationali; unumque secum corpus effecit secundum personam, sine confusione aut commixtione, mutatione vel conversione. Non est mutata in corpus deitas, neque corpus transiit in deitatem, sed utraque natura in suis quaeque limitibus manet (1). Neque hae duae sunt divisae naturae; minime

(1) Si heic sisteret Theodosius, error eius videretur λογομαχία.

Digitized by Google

gentium; quod ait Nestorius, qui divisit indivisibilem, unicum scilicet Christum in duas naturas (1) post ineffabilem unitionem, duosque in Deo recipit pro unico filio Iesu Christo domino nostro, indivisibilem Deum dividens, et quaternitatem pro Trinitate constituens. Ait enim debere nos credere in Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, atque in Christum; divinam illam proculcans vocem quae in evangelio clamat: ego et Pater unum sumus; et qui videt me., iam vidit Patrem meum. Quod si forte hanc duplicitatem admittimus, prout impius Nestorius loquitur, utrum ex duobus adoraturi sumus? Deum ne an hominem? Si adorare nos dicimus natum de Virgine Christum, seu Emmanuelem, qui interpretatur nobiscum Deus, voce Patris reprehendemur clamantis super Iordane: hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Haud quippe dixit hic est filius Mariae, sed dixit: is in quo mihi complacui, filius meus est dilectus, non secundum humanitatem sed secundum divinitatem; neque enim Mariae filius est secundum divinitatem (*si separatim spectetur*) sed secundum oeconomiam humanitatis, quam de deipara Maria sumpsit sine humano semine, ita ut fieret unus cum corpore secundum personam. Atque ita Deus Verbum salutiferam passionem in suo corpore excepit, quocum unus erat secundum personam.

*Postea deflectit paulatim Theodosius ad doctrinam monophysiticam, invehiturque manifeste in S. Leonem rom. pontificem propter illam dogmaticam ad Flavianum constantinopolitanum epistolam, cuius aucto-*

(1) Intellige duas separatas naturas, quae erat Nestorii sententia, putantis Christo homini supervenisse deitatem, veluti fere alicui prophetae, coniunctione quadam morali et gratiosa.



Digitized by Google

*rem graeca ecclesia columnam fidei appellavit. Theodosius vero in duas non solum naturas sed et personas divisum ab eo Christum dicit falsissime et calumniosissime. Ait quippe inter cetera Leo : " unus idemque est, quod saepe dicendum est, vere Dei filius, et vere hominis filius. „ Et mox " unitas personae in utraque natura intelligenda est. „ Et denique " unum Dei filium et Verbum confitemur et carnem. „ Pergit deinde Theodosius ad quaestiones S. Dionysii alexandrini cum Paulo samosateno ; quo fit ut novum iam testimonium hinc lucremur veritatis eius epistolae dionysianae, de qua diu sermo est in praefatione novissimae editionis romanae operum praedicti patris, qui cum meliore dogmate ac fama Theodosio in alexandrina sede praeivit. Meminit etiam errorum Manichaeorum, Phantasiastarum, et Eutychianorum adversus Domini incarnationem. Etenim exploratum est Monophysitas ab Eutyche quoque dissensisse, cuius crassam haeresim Severus aliique recentiores valde temperarunt. Denique Iulianum quoque halicarnassensem reprehendit Theodosius qui Incorrupticolarum princeps erat. Iam multis interpositis, veritatem cum errore permiscens, sic ait :* Christum in duabus naturis non dicimus post unitionem, sed cum patribus nostris sanctis dicimus Christum deitate et humanitate constare ; atque haec duo unum efficere secundum personam. Quare et affirmamus cum magno apostolo Petro Christum passum esse in carne pro nobis, mortuum in carne, quamquam spiritu viventem ; passum corpore, in quo erat divinitas. Nec dicimus quicquam passionum ad deitatem usque pervenisse ; id enimvero potius negamus ; sed deitatem cognovisse passiones dicimus, quae corpori inferebantur. Etenim si forte affirmare-

Digitized by Google

mus, passiones corporis deitati fuisse incognitas, phantasma cum Eutyche confingeremus etc.

*Obiicit deinde sibi tamquam ab Arrio locum illum* " *ego sapientia, Deus creavit me in initio operum suorum.* „ *Quam locutionem non de Verbi deitate, sed de corpore a Verbo assumpto intelligendam esse contendit.* Hoc, *inquit*, corpus deitati unitum, sapientia Dei est; corpus hoc, ecclesiae caput est, princeps et primogenitus mortuorum. Idcirco Christus dictus est Emmanuel, nempe Deus nobiscum, sive homo et Deus. Idcirco item hoc corpus, Verbo copulatum, appellatur initium operum Dei etc. *Multa praetereo, quae in hanc sententiam ex prophetis evangeliisque Theodosius dicit, inter quae etiam crimen patripassianum a se et a sua secta amovere nititur. Dicit enim manifeste, deitatem passionibus cunctis esse superiorem; Christum passum et mortuum uti hominem, impassibilem et immortalem esse uti Deum. Demum sic concludit de Christo unico loquens ex deitate atque humanitate composito, cum insigni testimonio de corpore et sanguine Domini in eucharistia praesentibus.* Si hoc, *inquit*, corpus quod sumimus, atque hic pretiosus sanguis, non sunt Dei Verbi, sed hominis tantum corpus et sanguis, tunc ipsi Iudaei nos increpabunt, qui vitam ipsorum coram propriis oculis suspensam viderunt, neque tamen ei crediderunt; increpantesque dicent: cur nos reprehenditis, quasi Deum crucifixerimus? Tunc et omnes gentes nos irridebunt, quia hominis corpore et sanguine vescimur, et quia spem nostram in homine collocamus etc. *En igitur ut orientales ecclesiae, quamquam haereticae, de corpore et sanguine Domini sub panis vinique specie latentibus non dubitabant!*

Digitized by Google

## XII.

*Pervenimus ad Severum antiochenum, Monophysitarum columen, cuius prae ceteris scripta in arabico codice adeo abundant, ut ea nonnisi partim excerpere nobis liceat.*

### Ex epistola synodica Severi patriarchae antiocheni ad Theodosium archiepiscopum alexandrinum, qua respondet eiusdem epistolae ad se missae.

Sicut Aaronis virga fronduit, et floruit, amygdalasque protulit, ita Emmanuel ortus est, nobisque hac ratione similis est effectus. Virga regnum eius portendit, quia hic Emmanuel sic genitus fuit, ut *eius origo* tempore et initio careat; generationem *eius dico* ex Deo patre, cum quo, simulque cum *sancto Spiritu*, semper extitit, et caelestium atque terrestrium imperium tenet. Idem nostri causa est incarnatus, homoque factus absque sui immutatione, atque in carne apparuit de stirpe Iesse ac David, quia videlicet ab his genus ducebat intemerata virgo Maria Dei mater. Idem factus est apostolus nostraeque salutis pontifex, atque hac ratione virga quoque fuit sacerdotalis, ut nos corrigeret, atque ut ad audiendam evangelii doctrinam vigilaremus, unde amygdalae christianis fidelibus extiterunt, qui sunt virtutum flores ac fructus. Iamvero homines qui hasce res scrutati sunt, aiunt amygdalinam virgam praecavendi vim tribuere: atque idcirco Deum per Hieremiam prophetam aenigmatice de falsis dixisse prophetis: quid tu vides, Hieremia? Et dixi: virgam ex arbore amygdalo. Dixitque ei Dominus, recte vidisti quia observabo dicta mea ut fa-

Digitized by Google

ciam illa. Atque ut illi qui virtutibus student, antea molestiam laboremque patiuntur, deinde luce ac voluptate fruuntur; ita amygdalae cortex extimus mordet, nucleus autem candore dulcique sapore praeditus est.

Hanc virgam, dilecte frater, nactus es, eaque in voluminibus tuis impressa splendescit, tibique prudentiam sacerdotio congruam contulit: neque enim quisquam sibi honorem sumit, nisi cui Deus ipse attribuit, uti Paulus ad Hebraeos scribit. Nonne hoc videlicet Isaias nuntiavit dicens: egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius efflorescet, et requiescet super eum Spiritus Dei, Spiritus sapientiae, Spiritus consilii et fortitudinis, Spiritus auxilii et perennitatis, et replebitur Spiritu timoris Dei? Persona igitur permanens divini Verbi, quae ex ipsa Patris substantia est, arcana sapientia Unigeniti, per quem facta sunt omnia, cum plenam perfectamque gloriam ac fortitudinem, et quicquid divinae naturae proprium est haberet, absque ulla infra Patrem Spiritumque sanctum diminutione, demisit ipsa se, quin suam divinitatem immutaret; atque in essentia sua immobilis, assumpsit secundum oeconomiae rationem, uti traditum est, omne id quod humanae humilitatis est proprium, comes noster in omnibus effectus, praeter peccatum; verus scilicet homo; nobisque apparuit virga ex radice Iesse, nativitatem suam manifestans, absque humano semine commercioque coniugali, ex inlibata virgine Maria Dei matre, quae virginitatem omni tempore retinuit; quia virga naturaliter ex aliqua origine prodit; et quia aeternum Dei Verbum, Patris virtus, per se ipsum Virginem obumbravit, uti evangelia docent, dum descendente ineffabiliter Spiritu sancto atque in Virginem adveniente, corpus rationale atque animatum,

Digitized by Google

unicum quid evasit cum Verbo in personae subsistentia. Atque haec videlicet de qua loquor unio, divinitatis et humanitatis coniunctio est.

Qua porro ratione haec unio acciderit, *nemo* intellectu suo comprehendere potest. Neque item dicere licet corpus extitisse ante coniunctionem cum divinitate; sed nobis compertum est Emmanuelem unum esse effectum ex duobus, divinitate scilicet et humanitate; quarum utraque secundum naturam suam perfecta est. Hoc autem Emmanuelis nomen magnum est et *inseparabile*, firmumque mysterium fidei, quae nos docet quod Dei Verbum ante omnia saecula extiterit, quodque habeat inseparabiliter cunctas corporis proprietates, quodque fuerit conceptum, et editum post plenam a conceptu periodum. Atque haec verae *fidei professio* nobis declarat, divinam naturam *prorsus non* esse mutatam, sed in suo statu mansisse; *item* Dei matrem omni tempore virginem ante et post partum fuisse; ipsum vero *Iesum* utpote Deum, naturaliter atque essentialiter habere secum Spiritum sanctum; atque ipso temporis puncto, quo in matris suae sinu conceptus fuit, corpus non sine Spiritu sancto fuisse, ita ut unum quid cum Verbo fuerit, sicuti dictum est; sicque accidit ut in incarnatione corpus a Verbo divisum non fuerit.

Et quidem Spiritus sanctus illo etiam tempore apparuit, quo Iesus in Iordane ad baptismum accessit, non quod ipse enimvero ablutione indigeret, nec quod ei nobis hominibus opus esset, verum ut nobis demonstraret atque ordiretur secundam regenerationem. Spiritus vero sanctus alas suas super aquas tendebat ante haec etiam, quae propter nos sunt effecta sapienter atque ordinate, tamquam alterum reformationis nostrae

Digitized by Google

principium. Dicendum est ergo Iesum accepisse Spiritum suum essentialem illum, de quo loquitur Isaias dicens: Spiritus Domini super me, ideo unxit me. Quasi scilicet de eo proclamans, quod ille Spiritus, qui mihi est naturalis, super me venerit. Cur autem nunc Christus vocor, nisi quia hominem me feci? Hic est salus nostra, sanatio nostra, confirmatio nostra. Post haec autem dicit: ideo unxit me, misitque me ad annunciandum humilibus, ut mederer contritis corde, et indulgentiam captivis praedicarem, caecisque visum. Verumtamen sanctus Spiritus super eum descendit propter humanitatem secundum oeconomiae rationem; etenim ad divinitatem quod adtinet, Spiritus est ipsi connaturalis, ut Deus in Deo; dicente ipso, quod Pater in Filio sanctoque Spiritu totus est.

Iam hic descensionis actus haud equidem ex parte fuit, veluti prophetis singulis accidit; neque eadem ratione super Iesum Spiritus Domini venit; verum ut ait Isaias propheta, qui ut actus plenitudinem nobis ostenderet, septies inculcavit dicens: requievit super illum Spiritus Dei, Spiritus sapientiae, Spiritus intelligentiae, Spiritus consilii, Spiritus scientiae, Spiritus fortitudinis, Spiritus timoris Domini; etenim septenarius numerus apud Hebraeos perfectus habetur. Ille vero Iohannes, quo maiorem neminem mulieres procreaverunt, ait: ego nesciebam eum, sed qui misit me ad baptizandum aqua, ipse ait mihi, super quem videris Spiritum descendentem, et in eo manentem, ipse est qui baptizat in Spiritu qui super eum descendit. Qui Spiritus non est ab eo alienus, sed unus cum ipso quod ad essentiam est, cum eoque fuit ante omnia saecula.

Quam ob rem Deus credentes in eum baptizat Spi-

Digitized by Google

ritus sancti munere, prout suam divinitatem decet: cum hoc patravit miracula, qui sibi connaturalis est et consubstantialis. Neque ipse extranea aliqua et non propria virtute utitur, ut prophetis usuveniebat: neque loquitur, ut prophetae solebant cum miracula in nomine Domini edebant; verum utpote Deus, et regnator sublimisque Dominus ait leproso: volo, mundare; ac reapse sanitatis donum prius erat in eius voluntate quam in dicto. Rursus fluctibus maris imperavit ut quiescerent neque diutius tumerent, statimque quieverunt, veluti si nulla procella fuisset: iam enim a mundi initiis fines huic elemento constituerat et claustra, ipsi imperans ut usque ad certum terminum deveniret, quem nequaquam transgrederetur. Sic etiam cum navis, quam apostoli inscenderant, crebris fluctibus quateretur ventisque agitaretur, repente ipsis visus est super illa abysso perambulans, cuius elementi natura telluris instar sub eius pedibus effecta est, vi sua priore dimissa. Sic etiam non sine divina efficacia Lazaro dixit pannis obvoluto quartaque iam die defuncto: Lazare exi foras; reque vera mortuus ille de sepulcro exiliit.

Neque sic huiusmodi auctoritate utebatur in his miraculis, ut modo aliquo sui minime digno iuberet; immo vero divinae maiestatis apprime rationem habebat, ut tamquam legis latorem se gereret, nobisque evangelicas leges insinuaret. Atque ita nobis declarabat se una cum Patre suo sanctoque Spiritu priscis legem dedisse; nunc autem ceu disciplinae auctorem nos ab antiqua lege resolvere, mentemque nostram lumine illustrare, ut evangelii nobilitatem agnosceremus, cum diceret: audistis quia dictum est antiquis, non occides; qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego au-

Digitized by Google

tem dico vobis, quia omnis qui irascitur frustra fratri suo, reus erit iudicio. Insuper dico vobis, quia omnis qui mulierem viderit eamque concupiverit, iam ipsam moechatus est. Et ne iuretis omnino, et diligite inimicos vestros. Sic igitur quicquid dicit, veluti Deus dicit dominusque omnium creatarum rerum cum Patre et sancto Spiritu, et tamquam una de tribus personis, (in quibus unum obiectum, unamque divinitatem communem cunctis agnoscimus.) Deus Verbum incarnatus est homoque factus per oeconomiae humilitatem, quin tamen deitatis maiestatem dimitteret, vel suam filiationem immutaret, quam ante saecula possidet. Neque deitas in corporis naturam perversa est, neque rursus corpus ad deitatis substantiam transiit; siquidem fieri nequit, ut deitas in rem creatam vertatur. Numquam igitur natura divina in eo desiit, seque aeternum semper appellavit. Nam et illud impossibile est, quod nempe corpus mutabile, ad immutabilem naturam transeat. Iamvero sicuti res, quae duabus naturis constant, si forte inter se unirentur, una res fierent, quin neutra a semet ipsa discederet, quoniam antea duae erant; sic incarnatio Servatoris nostri nobis demonstrat, quod unaquaeque ex his substantiis, quarum unio facta fuit, Verbum divinum scilicet atque corpus quod de virgine Maria sumpsit, quodque nostrae substantiae est persimile, invicem unitae sunt in personae subsistentia. Etenim ex citato exemplo cognoscimus, hoc unum individuum ex duabus inter se unitis rebus conflari, unionis quadam ratione ineffabili.

Ex his inquam perspicue apparet, Verbi divini naturam nullam in incarnatione passam esse mutationem, quia personam unam unumque obiectum videmus. Atque in unica hac persona is miracula tamquam Deus

Digitized by Google

operatus est, idemque est homo sine ulla transformatione. Ipse Deus filius est, ipse Patris filius a principio existens, voluitque postea ob suae misericordiae excessum filius esse hominis de stirpe David et *Abraham*. Neque sane licet, post factam unitionem, duas naturas dividere, ut Nestorius scelestus loquitur, qui naturam divinam miraculorum effectricem fuisse adserit, humanam vero dolorum patientem; atque ita cum Iudaeis duas invicem naturas distrahit. Unus quippe est Emmanuel, ex duobus consistens, qui sine ulla commixtione ex his conflatur: quippe alterutra ex his naturis, altera non est. Neque post ineffabilem unionem dividi potest in duas naturas (1); verum hic unus indivisibilis et miracula patrat, et dolores sustinet, pro suo beneplacito, passiones inquam secundum oeconomiam absque peccato; nec in ipsa humanitate *umquam* peccavit, nec inventus est dolus in ore eius. *Esurit sponte* cum pro nobis ieiunavit quadraginta diebus; permisitque ut daemon sibi accedens diceret: dic ut lapides isti panes fiant, aliaque adderet iniquitatis dolique plena, qui nempe dolus Adamum in pulverem reverti coëgit. Verumtamen tentator fugit, cum ad eum se accessisse cognovit qui omni corpori alimentum suppeditat.

## Ex eiusdem Severi patriarchae antiocheni epistola synodica ad Iohannem (2) Alexandriae archiepiscopum.

Nos quidem haud novam fidem invehimus, sed ut diximus, traditam a sanctis patribus conservare semper

(1) Non dividitur, sed distinguitur et manet in duabus naturis.

(2) Intellige Iohannem secta theodosianum, de quo videsis Lequinium in patr. alex.

Digitized by Google

inclytam fidem edocti fuimus etc. *Eodem, ut in praecedentibus, loquitur Severus modo; diserte tamen a chalcedonensi concilio se dissidere homo haereticus et pertinacissimus dicit. Nos vero fragmentum hoc praetermittimus in quo nihil novi reperimus. Concludit autem*: idcirco sanctam Virginem, veram Dei matrem dicimus, quia Verbum in ipsa conceptum incarnatumque atque ex ipsa natum, homo est, et unum quid ex duobus, deitate et humanitate, iuxta veritatis verba; confitemurque hunc esse Emmanuelem, unum Deum, unum dominum, Verbum Deum, factum hominem.

## Severi eiusdem oratio Imperatori dicta.

Deus prophetis et patriarchis apparuit, prout cuiusque conditio vel occasio tulit, neque tamen corpore vestitus erat. Filiis quoque Israël per dies quadraginta incorporeus in deserto conspiciendum se dedit per signa atque prodigia. Sed tamen sub his variis apparendi formis mundi salutem non effecit, neque ad eum populi conversi sunt, sed sine Dei cognitione permanserunt. Et quidem is potissimum populus, cui apparuerat, legemque et mandata dederat, et quem prodigiis miraculisque concusserat, nequaquam firmiter ei adhaesit, neque foedus cum eo ictum servavit, sed Phagor stellasque caeli adoravit, Deum tradidit oblivioni, eiusque omnia miracula in Erythraeo eremoque edita, columnam in nocte lucidam, nubium per diem umbram, aquas contra vim naturae de duro lapide elicitas, manna de caelo pluens, et reliqua omnia prodigia quae ipsorum gratia perfecit. Nihil horum tamen veram orbi felicitatem attulit. Sed cum denique summae Dei bonitati placuit mundum ad se convertere,

Digitized by Google

suique illi notitiam praeberc, caelo demisit incorporeum Filium suum unigenitum, qui in hac inferiore regione corpus assumpsit nostro simile, nervis, ossibus, sanguine, et carne compositum, prout omnino homini usuvenit, quod cunctos dolores et mortem ipsam naturae nostrae constitutam exciperet. Atque hoc mysterio mundum servavit; atque hinc mundus Deum agnovit, et diabolus cum tyrannide sua cessavit.

Nosti, o Imperator, quanta nobis a Deo absentibus felicitas obtigerit. Etenim ob Filii eius passionem mors intercidit, diabolus fugit, turbati sunt inferi, fraudes daemonum evanuerunt, qui facti sunt invisibiles, paradisus reclusus est, vitae arbor apparuit, caelum in mundum transiit, mundusque caeli vicem occupavit; Deus homo in hac inferiore regione evasit, homo autem in sublime levatus est; caelestis *gloria* versari coepit in terra; et qui in sinu Patris erat, Mariae sinum incoluit; quique a Patre absque feminae cubili sub incomprehensibili mysterio genitus fuerat, eum peperit incarnatum Maria sine viri copula. Naturalium subiit legem passionum, quatenus certe peccato carent, nosque a turpi diaboli servitute expedivit. Si igitur Verbum caro factum est, Iohanne evangelista testante, idem vere quoque passum fuit, ut ex evangeliorum irrefutabili auctoritate constat, quae Deus tamquam petram immobilem in ecclesia sua collocavit.

Digitized by Google

Recta fides a Severo Antiochiae patriarcha scripta ad Dei amantem Anastasium imperatorem, cunctumque populum, quo tempore pulsus fuit in exilium perfidus Macedonius (1). Hanc autem fidei expositionem Imperator susceptam osculatus est, et in imperii tabulario reposuit, ut legis instar in ecclesia foret; et cuncta praevaricantium vocabula de medio nostri abstulit.

Credimus et confitemur iuxta sanctorum patrum nostrorum statuta, episcoporum videlicet ·cccxviii· Nicaeae congregatorum, quibuscum Spiritus sanctus sine dubio versabatur. Quippe hanc sacram veluti constitutionem maiores nostri, immo et antiquiores ·cl· patres Constantinopoli, nec non alii in urbe Epheso synodice adunati receperunt. Credimus unum esse Deum patrem, confitemur etiam unicum Dei filium qui nostri causa incarnatus est, quin *se a Patre* divideret aut separaret; sed ipsum esse eundem ante et post incarnationem. Credimus item in Spiritum sanctum vivificantem, personarum Trinitatem, subsistentiam perfectam. Ipsa in tribus personis est, quas inter nulla est diversitas gloriae ac splendoris, una natura, una essentia, una dominatio, una adoratio, una gloria, ut credentes fatentur. Confitemur Patrem in ordine paternitatis, nec eum esse Filium; confitemur Filium in ordine filiationis, ita ut non sit Pater; confitemur Spiritum sanctum neque ad paternitatem neque ad filiationem pertinere; sed tres esse permanentes personas, atque unamquamque personam in sua hypostasi subsistentem, atque has unam habere deitatem, unam na-

(1) Immo orthodoxus Macedonius II. constantinopolitanus, ab haereticis sede depulsus.

Digitized by Google

turam, unam voluntatem, unam virtutem et gloriam; atque in Trinitate nullam esse servitutem vel subiectionem, nullum esse alteri superiorem in *ordine* deitatis; nullum propria auctoritate alteri ceu servo imperare; sed cunctos pares uno honore qui proprius dominationis est ac deitatis, atque hunc esse splendorem omnipotentiae congruentem. Neque vel uno temporis puncto Pater sine Filio fuit, neque item uno temporis puncto Pater ac Filius sine Spiritu sancto extiterunt; sed perennis Trinitas est, aeterna, sine principio ac fine.

De divino autem Verbo ita credendum est: nempe duas esse generationes eius, unam de Patre a principio ineffabiliter sine feminae usu; alteram in plenitudine temporum de sancta virgine Maria, ratione *item* abstrusa et incomprehensibili sine ulla *nuptiali copula*. Hoc enim tantum comperimus: Verbum *caro factum* est, et nobiscum fuit, et illud vidimus oculis nostris, et manus nostrae contrectaverunt. Neque Pater Verbum tamquam unum ex angelis vel cherubim aut seraphim, sed ex sua substantia progenuit. Idem super omnem potestatem est ac dominationem atque omne nomen, quod appellatur sive in praesenti sive in futuro saeculo; aequale est Patri sanctoque Spiritui, atque in sua deitate sempiternum. Idcirco de Spiritu sancto dixit: ille de meo accipiet et annunciabit vobis. Hic Spiritus in Iordane supra Filium descendit sub columbae specie. Porro Verbum multiplicari peccatum inter homines videns, caelo se demisit, Virginisque sinum intravit, ubi corpus sibi conformavit. Neque vero Pater in visceribus fuit Virginis, ne quis diceret Patrem ad conditionem Filii transisse; sed Filius voluntate ac placito sancti Spiritus (quandoquidem una

Digitized by Google

est in Trinitate voluntas, ne quis forte dicat eum ab alio creatum, atque alienum a deitate factum) Filius inquam unus incarnatus est, et corpori accidentia pertulit quotquot peccato carent. Neque vero corpus de caelo detulit, sed id de virgine Maria suscepit Dei genitrice, sine nuptiali copula; eique corpori coniunctus est, unum quid secum faciens, unitate insolubili, inseparabili, imperturbabili. Hanc, inquam, fidem nos profitemur.

Haud porro quasi phantasma natus est, sed naturali prorsus veroque modo; ipseque Deus simul et homo est, ac veluti Emmanuel esu potuque absumebat quae ipsi ad epulandum apponebantur. Deinde propria voluntate ad crucem se contulit, ut Deo sacrificium pro nobis offerret. Cruci ergo est affixus, lancea latus eius perfossum, quamquam Deus esset homoque simul, et quidem unus non duo. Ipse immortalis est secundum deitatem, corpore autem mortalis; namque immortalis ac mortalis in unica conglutinati persona sunt. Insuper sanguis et aqua de latere eius profluxerunt, uti mystice fuerat dispositum. Haec autem omnia nequaquam ipse sola sua humanitate patravit, quasi haec ab unitate semet secrevisset; negamus id enimvero; sed deitas accidentia corpori voluntate sua excepit (1); quia ambae, deitas scilicet et humanitas, in unica ac sola unitate copulatae erant. Neque duae naturae invicem separatae sunt, quae iam fuerant unitae quod attinet ad res oeconomiam spectantes Verbi incarnati; neque

(1) Caveamus heic a monophysismo, quem egregie refutat divus Nyssenus apud nos Script. vet. T. VII. p. 288. col. 1. in Eustathii contra Severum opusculo: *si eos, inquit, criminatur qui naturae humanae adscribunt passionem, vult omnino passioni ipsam obnoxiam facere deitatem.*

Digitized by Google

divisibiles erant sive secundum virtutes deitatis proprias, sive secundum passiones humanitati congruentes, sed eae semper unitae fuerunt. Caveamus *ergo* a Photini (1) Sabelliique errore; etenim deitas *sponte* excepit accidentia humanitati (2), quoniam ambae in unica unitate consistunt, quin ulla in re separentur quae Verbi oeconomiam spectat, ne in corporis quidem passionibus, sed in perpetua unione permanserunt; ne forte credamus ut Photinus atque Sabellius, qui aiunt deitatem recessisse, solamque humanitatem fuisse crucifixam. Atque hoc aiunt, ut timorem quodammodo terroremque in deitatem invehant, Deumque afficiant iniuria per falsam suam sapientiam quae scatet blasphemiis. Nos vero haud blasphemiis indulgemus, sed incorporeum credimus factum esse *corpus*, impassibilem passum esse, et exsanguem *participasse* sanguini intemeratae Virginis, sicut *ceteri* nati infantes, prout sapiens dicit Paulus apostolus: debuit per omnia fratribus assimilari, ut liberaret eos qui morti perdiu erant obnoxii per salutarem necem suam secundum incarnationis rationem.

Age vero ne timeas, Imperator, neque universus populus audiens, quod Deus sit mortuus passusque pro nobis, neque te praevaricantium linguae merito praecidendae decipiant, qui aiunt: absit ut dicamus Deum Verbum esse mortuum atque sepultum. Nos etenim immortalem ipsum cognoscimus a resurrectione quae post tertiam diem accidit, postquam nobis quoque resurrectionem morte sua salutari comparavit. Nam qui mortuus est, idem est qui de morte surrexit. Quod si forte is qui semet suscitare potest, quia virtutis est Dominus,

(1) Cod *Pantas* heic et inferius.

(2) Rursus patripassianus error heic insinuari videtur et infra.

Digitized by Google

non existit, falsa utique est resurrectio. Quod si falsa resurrectio, inanis est fides nostra, similesque Iudaeis evadimus. Quod si mortuus carne tamquam homo non fuisset, nequaquam utpote Deus victoriam mortis abolevisset, neque Adami chirographum abstulisset.

Trinitatem quoque credimus, o Imperator. Quippe aiunt praevaricantes in sui cordis caecitate, quo tempore sancta Maria virgo divinum Verbum in carne peperit, Trinitatem factam esse quaternitatem. Sed enim nos haud ita loquimur; Trinitas enim Trinitas est, unus reapse est unus, lux magna videlicet invisibilis quae deitatis est propria. Qui vero quaternitatis mentionem fecerit, necesse est ut incrementum deitatis admittat, et unius inseparabilis dualitatem. Re tamen vera deitas corpori unita est, et in sanctae Mariae virginis Dei genitricis sinu homo facta est, caelum conscendit cum sua unione inseparabili, sedit ad Dei dexteram, atque ad iudicandum vivos et mortuos ventura est.

Haec est apostolica fides, firma fides, atque a praevaricantium blasphemiis aliena: unus baptismus intemeratus, Patris Filii et Spiritus sancti una divinitas et inseparabilis, sine qua nulla res exstitisset; una est natura, una essentia, tres inconfusae personae et imperturbabiles, unaquaeque in altera insidens; tres sempiternae personae cum suis proprietatibus, et unaquaeque per se subsistens. Haec est fides et catholicae ecclesiae traditio, secundum ea quae patres nostri apostoli definiverunt. Sic credimus, et sic docemus, et peregrinam impuramque praevaricantium doctrinam minime admittimus. Sed confitemur, Verbum quod factum est caro a Patre genitum esse, atque unum esse factum cum corpore de Maria virgine sumpto, praedito anima et mente, anima scilicet rationali et intel-



Digitized by Google

ligente. Corpus autem de Virgine sumptum, haud certis temporibus cum Verbo est, aliis autem illud deserit, sed cum ipso inseparabiliter et sine fine aeternaliter unitum est; neque umquam Verbum a suo corpore separatur, cum quo unicam unitatem constituit; neque est ullus temporis terminus quo ab eo dividatur, sed naturaliter ipsi unitum est absque divisione, aut abscessu, aut dissolutione, prout unio naturalis requirit. Est denique unus, non duo. Deus est naturalis et spiritalis, homo est naturalis et corporeus, duabus generationibus pollens, altera ex Patre ante omnia saecula sine feminae usu, altera ex sancta virgine Maria sine masculi opera. Hic unus atque idem est ante et post incarnationem, sine ullo ad personam eius additamento; et nunc unus est dominus noster Iesus Christus, in quo unam personam *fatemur*, *unam* naturam et operationem (1).

Haud tamen deitas ad se transtulit humanitatem, neque rursus haec sibi arripuit deitatem quasi aliquod regnum, atque ut prophetica dignitate fulgeret; sed Verbo dignanter placuit de Maria virgine Dei genitrice carnem sumere, et duas in unam solamque unitatem perfecti hominis iungere, in qua pacem operatur. Neque alterutra natura servit alteri tamquam famula, neque instar phantasmatis umbraeve languet, sed ambae naturae in una unita insolubili et inseparabili permanent. Neque hae duae naturae confusae fuerunt, ne forte evanescerent dum mortem gustarent; sed illa quae de morte eiusque qualitatibus triumphat, semet absque confusione adunavit cum ea, quae morti est obnoxia; fides autem unam spectat naturam (2) mor-

(1) En haeresis monophysitica et monothelitica.

(2) Immo prae oculis sit Nicetas de symbolo: *utrumque cre-*

Digitized by Google

tis victricem et expultricem, unam personam, unicum Dei filium dominum nostrum Iesum Christum, perfectum, sine defectu aut mutatione, liberum alienumque quovis phantasmate, divisione, confusione, vel translatione. Neque deitas in corpore otiosa est, nec corpus coram deitate evanescit; sed unaquaeque natura immutabiliter per se subsistit, natura autem immortalis facta est una cum ea quae per se mortalis est (1); illa quae omnem creaturam alit, atque omne corpus nutrit, facta est una cum ea quae famem sitimque perpetitur; natura immortalis facta est una cum ea quae perit, quae vulneribus obnoxia est, flagellis, calamitatibus, lassitudini ob viae itinera, corporis debilitati in gestanda cruce, gutturis ob sitim ariditati cum penderet patibulo, animae tristitiae usque ad mortem, lateris transfixioni militis manu, aquae et sanguinis scaturigini de vitae fonte post obitum.

Atque has cunctas passiones excepit Verbum in corpore quod minime est phantasticum, sed unum cum ipso Verbo secundum personam, unica nempe unitas personarum propria. Post unionem igitur cessat omnis divisio, neque iam dicuntur duae naturae (2), nec duae personae, nec duae operationes (3). Qui autem dualitatis unionem dicunt, ii mysterium sanctum corrumpunt. Ergo removeamus deinceps ab incarnato Verbo quodlibet dualitatis epithetum, quodvis phantasma,

*dendus est Christus, Deus et homo, quia sicut homo ex passionibus agnoscitur, ita Deus ex divinis operibus manifestatur.*

(1) Hem mira Severi contradictio! Legatur apud nos Eustathius Script. vet. T. VII. p. 290, qui demonstrat Severum duas dixisse re ipsa Christi naturas, unam vero secundum phantasiam, idque ut suos tantummodo adseclas deluderet.

(2) Est haec capitalis blasphemia sectae.

(3) Est hic consequens error.

Digitized by Google

mutationem ac divisionem. Nam phantasma mutationemque perfidus utique invexit Eutyches. Nos vero confitemur Christum unum cum sanctis suis accidentibus, quotquot nimirum peccato carent, unicum Patris Filium, nec non sanctum Spiritum, aequalem Trinitatem, unamque naturam; Filiumque esse passibilem secundum corporis mortalis naturam. Hinc quicquid deitati competit, non autem corpori, huic tantum attribuimus qui sponte pro nobis illud excepit. Quare et maximum miraculorum, et minima passionum, ad hunc unum pertinent qui dolores in corpore perfert, mortuos utpote Deus suscitat, sicuti scriptum est: tu es qui es. Atque hic unus, non autem duo, sine dubio in corpore obiit, sed idem de morte tamquam Deus triumphavit ac resurrexit, nobisque aeternam victoriam concessit, mortisque stimulum *fregit*, arborem denique vitae ostendit, videlicet resurrectionem. Gloria domino nostro Iesu Christo, eiusque Patri, et Spiritui sancto vivifico, nunc, et omni tempore, et per saecula saeculorum! Amen.

*Severi scripta hactenus pauca e multis edidimus, ut nobis haeresis monophysitica in coryphaei scriptis apprime constaret. Sane numerosa et vivax haec secta est; a quinto enim Christi saeculo usque ad nos, Syriam, Armeniam, Mesopotamiam, Aegyptum, atque Aethiopiam occupat. Quamobrem Assemanus in suo de Monophysitis tractatu sedes horum episcopales plus centum et quinquaginta intra limites tantum antiocheni patriarchatus recenset. Nos vero in sexto ac septimo Scriptorum veterum voluminibus, clarorum auctorum scripta multa in lucem extulimus, quae hunc absurdum errorem ita refutant, ut his lectis nemo iam recto animo apud Monophysitas stipendia facere queat.*

Digitized by Google

## XIII.

## NOTITIA EPISTOLAE THEOLOGICAE IOHANNIS PHILOPONI AD IUSTINIANUM IMPERATOREM EX CODICE SYRIACO.

*Inter eos qui virus monophysiticum toto pectore combiberunt, Iohannes philoponus fuit, alexandrinus philosophus nobilis, labore litterario, unde agnomen traxit, multisque editis libris clarissimus. Haeresim eius cum alia monumenta testantur, tum ipse auctor in Diethete famoso opere apud Assemanum in catalogo vatic. T. III. p. 252. cod. syriaco CXLV. Eodem codice longa quoque epistola vel potius tractatus eiusdem Philoponi continetur ad Iustinianum imp., cuius Assemanus vix paucis verbis facit mentionem. Equidem totum id scriptum cognoscendum curavi, in quo sumptis plurimis de philosophica schola ac naturali ratiocinio sophismis monophysiticum dogma tuetur Philoponus, qui tamen theologiae laudem non adsequitur, quae solidiore ac tutiore via, et sacrorum librorum patrumque auctoritatibus communita, incedere solet. Sed nulla in re peius Philoponus labitur, quam ubi divinas personas cum ipsarum natura ita confundit, ita aliud pro alio sumit, ac tantopere vocabulis abutitur, ut triplex deitas apud eum suboriatur; quare etiam tritheitae infamiam adeptus fuit. Scopus autem Philoponi est, Iustiniano suadendi, ut peremptorio edicto locutionem* duarum Christi naturarum, *itemque* Christi in duabus naturis, *vetet. Itaque longis adsentationum ambagibus viam sibi ad Caesaris gratiam sternit, et per se pronum ad theologicas definitiones*

Digitized by Google

*Iustiniani animum vehementer impellit. Sed frustra fuit; etenim Iustinianus ab hoc errore longe abhorrebat, quod eius luculentus mirificusque tractatus ad monachos alexandrinos, apud nos Script. vet. T. VII. p. 292. seqq. demonstrat, ubi postremis duobus anathematismis p. 312, Monophysitas quasi ancipiti gladio iugulat. Atque hunc Iustiniani tractatum sine dubio prae oculis Philoponus habuit, eique per praesentem epistolam adversatus est; qua scripta, incolumitati credo suae ac tranquillitati Philoponus caute consuluit, dum a Iustiniano Constantinopolim accersitus, ut ait in exordio epistolae, senectutem suam et infirmitates ac hiemem excusavit; neque enim laetum itineris exitum habiturus erat. Hac a nobis summaria imagine epistolae exposita, dabunt hanc veniam lectores, quominus longo Philoponi scripto nostras paginas oneremus, quibus totidem subtexendae forent, ut singillatim id ipsum refutaremus.*

## XIV.

*In huius Spicilegii tomo VI. p. XLII. et seq. edidi aliquot Henrici VIII. Angliae regis litteras. Nondum tamen tunc videram in diverso codice egregiam aliam magnique momenti epistolam, qua idem Rex de Luthero, eiusque nascente haeresi, apud illius fautores Saxoniae Duces, graviter admodum, quamquam salva reverentia Principum, expostulat. Atque huius ad Germaniae Principes admonitionis suae meminit ipse Henricus apud nos tom. praed. p. XLVII. Insuper inter ineditas Hieronymi Aleandri litteras unam comperi, scriptam nomine Leonis X. PP., qua respondetur illi epistolae Regis ad Leonem, quae est apud nos tom. dict. p. XLVIII. Utramque igitur et Henrici contra Lutherum, et Leonis ad Henricum, in huius voluminis appendice libenter colloco. Nam illae quidem Henrici epistolae, quae sunt apud Martenium Monum. vet. T. III. p. 1296. et seq., nihil ad has vaticanas adtinent.*

Digitized by Google

# CONTRA LUTHERUM EIUSQUE HAERESIM

## EPISTOLA SERENISSIMI REGIS ANGLIAE AD ILLUSTRISSIMOS SAXONIAE DUCES PIE ADMONITORIA.

Illustrissimi atque excellentissimi Principes, clarissimi domini cognatique nostri longe omnium carissimi, sinceram salutem ac felicium successuum assiduum augmentum.

Si quid fors incideret, in quo admoneri me profuerit, pro animi vestri comperta bonitate certissimam spem concepi, admonitionis vestrae beneficium nunquam mihi defuturum esse. Quam ego rem, cum animum erga me vestrum ex meo erga vos affectu metiens indubie mihi persuaserim, ingratus admodum ipse mihi videar, si in ea re, quae non ad honorem modo vestrum, sed fortunas quoque vehementer spectat, ego vicissim vos admonere negligerem. Quid enim ad vos, et tam potentes et in Christi cultum tam devotos Principes, aut propius spectare potest aut debet movere vehementius, quam cohibendae factionis istius lutheranae studium, qua nullam unquam in terris nocentiorem malus invexit genius, aut quae maiorem perniciem sit illatura propediem, nisi boni piique omnes obstiterint, et in primis qui plurimum et possunt et debent Principes? Non quod Lutherum talem censeam, qui viris probis aut prudentibus possit imponere, aut ea quae scribit nesciam esse tam impia ut ea bonorum omnium aures exhorreant; sed quod sciam nunquam defuturam improborum hominum colluviem, quibus ineptissimus quisque aptissimus est magister; et ut quicque maxime nascitur absurdum, ita maximo exceptum plausu, summo studio et contentione propagent.

Cod. vat. 6559. f. 73.

Digitized by Google

Nam quod ad ipsum pertinet Lutherum, olim visus est nec indoctis nec malis hominibus, ut multa parum bene, ita quaedam non omnino male scribere. Verum ita statim profecit in peius, ut ilicet multi perspexerint, quicquid unquam aut plausibile scripsit aut tolerabile, non alio fecisse consilio quam ut meliorum ostentatione viam praeret peioribus, et praelito melle venenum redderet vendibilius. Quam rem successione perpetua nocentiorum semper dogmatum adeo testatam reddidit, ut hodie neminem esse usquam putem, cui scintilla ulla maneat aut in capite cerebri, aut pietatis in pectore, qui non eum totum cum suis insaniis ex animo prorsus eiecerit. Etenim initio coepit utcumque disputare, deinde irasci, paulo post incendi, postremo furere; iam in eo demum libro quo debacchatur in me, furias ipsas furore ac *vesania* superare. Quo in libro si quid scripsisset usquam, quod rem videretur attingere, si quid omnino mentis miscuisset amentiae, si quid non absurdum prorsus effluxisset ei, quale vel casu solet mente motis excidere, quamquam non admodum decorum puto ita me comparare, ut cum homine tali publice componar ac disputem, tamen cum rex et propheta David non censuerit indecorum ante arcam foederis nudum saltare cum quolibet, ipse certe non eram quemquam habiturus indignum quocum in gratiam religionis pro fidei veritate dissererem. Nunc vero cum nihil ad rem respondeat, sed rationum loco proferat mera deliria, alios cum illo congredi, nec inhortabor nec prohibebo; ipse certe non committam ut cum insaniente insaniam.

Quisquis et aequus lector et prudens libellum meum cum illius libro perlegat, is profecto facile iudicabit, iam nunc Lutheri naeniis satis superque responsum

Digitized by Google

esse. Quod si quis illi tam iniquc faveat ut mea verba non sustineat inspicere, aut tam insigniter instupescat, ut collatis utrimque locis, non sentiat rem adhuc responso non egere, huic nulla unquam responsione satisfecero. Nam quî queam illis, qui nihil aut velint legere, aut possint intelligere, praeter Lutheri scurrilia iurgia? Qui cum interim rem ad istum tractet modum, magna me affecit voluptate; siquidem initio certus eram rem quidem, quam tuendam susceperam, suapte natura esse inexpugnabilem, adversus quam nec inferorum portae possint praevalere, sed imbecillitatis meae conscius, de meis tamen armis dubitabam. At nunc effecit hostis, ut orbi toti inclarescat, alterum nempe, aut ipsum esse prorsus imbecillum, aut meas rationes admodum valuisse, quas contra nihil invenire potuerit, praeter insulsa scommata et prorsus insana convicia. Quibus si me commoveri putet, egregie profecto fallitur. Etenim quantumvis ille me vocet insanum, vocat opinor plus millies, nunquam tamen tam insanus ero, ut aegre feram quod insanus vocer ab insano. Itaque aut mea me fallit opinio, aut istius in me ac regium nomen contumeliosa spurcitia, vos haud paulo magis quam me, viri clarissimi, commovet. Solet enim generosos animos nobilium reverentia quaedam inter se colligare, qua vel in hoste cum oderint ac persequantur hominem, personam tamen honorent ac revereantur officium. Nec generosus fere quisquam invenitur usquam tam incivilis ac barbarus, qui vel inimicitiis ullis adduci possit, ut scurrilem in modum linguae petulantia conspergat nobilem. Tantum abest ut quisquam ea nobilitate ac generosa virtutis indole, qua mihi persuasi quemlibet esse vestrum, aequo animo ferat et principis et amici nomen vilissimis nebulonibus haberi ludibrio.

Digitized by Google

Quod meum de vobis iudicium vel is affectus confirmat, in primis quem in memet ipse sentio. Nam cum ne tantulum quidem me tetigerint omnia *quae* blateravit in me, tamen perquam indigne tuli *blasphemias* illas, quibus augustum Caesarem et ceteros Germaniae Principes virulentissima lingua perfudit, quos omnes in eius ipsius libelli frontispicio, quem in meum evomuit, probro contumeliosissimo proscindit. Wormatiam, inquit, ingressus sum, etiam cum scirem mihi violatam esse a Caesare fidem publicam. Nam dicerunt Principes Germaniae, olim de fide laudatissimae gentis, nunc in obsequium idoli romani nihil magis quam fidem contemnere, in perpetuam nationis ignominiam. Haec tam virulenta in Caesarem ac Principes germanos convicia, quam falso ac flagitiose *mentiatur* os illud impudens ac mendaciorum *fons perennis*, vel illud indicat, quod hodie, *nisi mentiretur*, qui posset ita mentiri non esset. Quis enim dubitat quam facile potuisset meritum reportare supplicium, si Caesar id voluisset ac Proceres? Sed quis illud, non dico Caesar aut Procerum quisquam, sed vel honesto loco natus christianus ullus, in animum potuisset inducere, ut fidem violaret publicam, ut illum quamquam publicae fidei publicum hostem, per perfidiam tolleret, ut odio (quod aiunt) nocentis perderet innocentiam? Istud cum non Caesar promissi observantissimus, non Procerum aliquis, quibus nihil antiquius honore ducitur, non honesto loco natus christianus quisquam, ut qui nihil non censeat posthabendum fidei, potuisset unquam cogitare, quis unquam vivit vere germaneque Germanus, qui ferre possit nebulonem fraterculum, quae perpetuam infamiam inurerent nationi germanicae, ea tam impudenter quam

Digitized by Google

mendacissime non cuipiam sui simili Germano, sed Proceribus omnibus Germaniae, atque ipsi quoque Principum germanorum Principi per convicium exprobrare Caesari? Demiror talia, si Germani ferant in isto. Nos profecto quanto magis indignamur, in tales ac tantos Principes tantum licere fraterculo, tanto minus eius mendaciis movemur, quae partim latine quae legimus, partim germanice quod audio, furiosus eructat in me. Nam si quid maledictis illis immiscuit, de cuius veritate poterat quisquis rem non nosset, aliquid fortasse dubitare, nunc in animum succurret lectoribus nihil illius maledicentiae credendum, cui perpetuum institutum esse videat, de Principibus prorsus omnibus atque ipso etiam Caesare mentiendi.

Neque enim istud Luthero novum est, omnia comminisci ac simul fingere, quibus in odium Principum scelerate concitet atque extimulet populum. In quod negotium promovendum, sceleratorum hominum catervam iamdudum contraxit atque adiunxit sibi. Itaque nulla unquam factio fuit seditiosa, pestilens, nefaria, quae sic religionem omnem tollere, leges omnes obruere, mores omnes bonos corrumpere, res publicas omnes evertere machinata sit, ut nunc ista coniuratio lutherana, quae et sacra omnia profanat, et profana contaminat; quae ita Christum praedicat, ut eius sacramenta conculcet; ita Dei bucinat gratiam, ut arbitrii libertatem destruat; ita fidem extollit, ut operibus bonis detrahat, et invehat peccandi licentiam; ita misericordiam sublevat, ut iustitiam deprimat, et malorum omnium causam inevitabilem non in Deum aliquem malum, quod Manichaei saltem commenti sunt, sed in unicum illum vere bonum reiciat. Quae cum ad hunc modum impie divina tractarit, velut e caelo deiecta

Digitized by Google

serpens virus effundit in terras, in ecclesia commovet dissensionem, leges omnes abrogat, magistratus omnes enervat, laicos in sacerdotes concitat, utrosque adversus Pontificem, populos adversus Principes; nec aliud plane molitur, quam ut (quod omen avertant Superi) Germaniae primum populus tamquam pro libertate bellum indicat Proceribus; deinde ut Christiani contra Christianos, spectantibus et irridentibus Christi hostibus, pro Christi fide ac religione depugnent.

Quod si quis forte non credat, ab uno homine nihili, tantum unquam periculi nasci posse, huic in mentem velim subeat Turcica illa rabies, quae cum nunc tot per terras et maria se diffundens, maximam ac pulcherrimam totius orbis partem occuparit, a duobus olim nebulonibus sumpsit initium. Ut interim *taceam* factionem Bohemicam, quae et ipsa, *quis nescit*, e quam exiguo vermiculo, in quam *immanem draconem*, haud absque magno Germaniae malo, quam propere adolevit? Ita proclive est malam segetem nullo demetente crescere! Nec ullus unquam socio caruit ad nocendum; neque tam imbecillus est quisquam, quin securo possit ac tamquam lusurum spectanti, lethale vulnus infligere. Quae res quo minus contingat in praesente negotio, Principibus omnibus adnitendum est. Adnitentur autem, si rem pro levi non habeant, nec existiment dumtaxat esse scholasticam, sed cum et Dei res agatur et hominum, dignam intelligant cui christiani Principes admoveant manus.

Quod ut nullius non incumbit officio, ita potissimum incumbit, cognati carissimi, vestro; ut qui et proximi estis periculo, et facillime (ut ferunt) potestis obruere, si nascenti malo propere catur obviam, prius quam et improbi per malitiam, et simplices per er-

Digitized by Google

rorem, in eum numerum et robur coaluerint, ut facile cohiberi non possint. Cui ergo rei prospecturos vos pro vestra prudentia, et in Christi fidem observantia, non dubito. Nam cum nulla possit haeresis exoriri, quam vos fideles in Deum Principes, non vehementer aversemini, lutheranam tamen fieri non potest, ut non praecipuo quodam odio prosequamini. Nam licet homo vaniloquus non uno loco scribat se in hoc electum a Deo, ut hanc doctrinam quam ille solam vocat evangelicam, ad istum quo coepit modum spargeret ac praedicaret in mundo, vestra tamen prudentia facile deprehendit, nec illum afferre quicquam cur evangelica verba credatur melius intellexisse, quam veteres ecclesiae sanctae sanctos doctores omnes, quorum iste interpretationes omnes abigit atque contemnit prae suis; et multa non ignoratis per manus ab Apostolis olim tradita, ubilibet hactenus observata perpetuo, quorum iste nihil blasphemus non exsibilat. Ad haec animadvertatis, spiritus hominis arrogans, mendax ac maledicus, quam longe absit a Spiritu Dei sancto, qui solet electis suis inspirare veritatem, lenitatem, modestiam, et cum sui contemptu charitatem ac reverentiam omnium. Postremo doctrinam eius videtis praetextu praedicationis evangelicae, meram esse wycliffiicam, a quo vos, cognati carissimi, non dubito toto pectore prorsus abhorrere; ut quam germani Proceres, atque in primis ut audio progenitores vestri, vehementer elaborarunt extinguere, sed quoniam serius aliquanto coeperant, prorsus exterminare non poterant. Hactenus tamen profecerunt, ut eam velut perniciosam beluam intra quosdam Bohemiae terminos velut in speluncam clauderent atque cohiberent.

Quae cum ita sint, dubitare profecto non possum,

Digitized by Google

sedulo provisuros vos, ne quam vestri maiores beluam concluserunt, ea vestra incuria sic repetat exitum, ut per Saxoniam prorepens, totam pervadat Germaniam, et afflatu noxio inferum eructans ignem, illud *spargat* incendium, quod Germani toties voluerunt sanguine suo restinguere. Qua in re quamquam pro vestra bonitate vos tam propensos esse non ambigo, ut neque monitore vobis, neque hortatore sit opus, ego tamen pro meo in vos affectu me continere non potui, quin ad voluntatis vestrae pronitatem et admonitiones meas et hortationes adiungerem. Etenim cum nullum Principem tam alienum putem, quin ei mihi videar id officii debere, ut qua in re possim, eius honori consulam, vobis viri dignissimi, ut id impensius exhibeam, cognati quaedam sanguinis necessitudo constringit; quandoquidem intelligo serenissimos *Maiores vestros* e stirpe clarissima Regum Angliae *progenitorum* meorum esse progenitos; quae communio stirpis et societas sanguinis sic animum meum afficit erga vos, ut nihil aut commodi prorsus aut incommodi vobis possit accedere, quod ego mihi vobiscum non existimem esse commune. Quam rem quo magis mihi persuasi, eo magis ac magis vos admonere cogor et hortari, immo per omnia vos obsecrare sacra, ut quam maxime potestis mature detis operam, ut execrabilis ista Lutheri secta coherceatur, absque caede cuiusquam (si *fieri* potest) aut sanguine. Si id quo minus possit, pervicax obsistat audacia, quoquo modo coherceatur. Tamen neque permittatis ut leges, magistratus, principes, respublicae, divina denique atque humana omnia sic assuescant paulatim vilescere, conculcari, proteri, ut invalescentibus improbis, mussitantibus bonis, eo tandem res perveniat, ut alteri perversae malitiae, alteri

Digitized by Google

praeposterae patientiae, Deum aliquando vindicem atque ultorem habeant. Cui periculo si vestra occurrit industria, pacatae patriae, discussi schismatis, restitutae concordiae, religionis cultae ac perpurgatae, et apud homines eximiam laudem, et apud Superos immortalem gloriam consequemini. Valete, viri clarissimi.

Litteras has obsignaturo mihi venit in mentem, Lutherum in suis adversus me nacniis excusare se, quominus ad reliqua respondeat impediri, transferendo Biblio. Visum est igitur hortari vos, ut omnium rerum maxime provideatis ne id permittatur facere. Nam ut bonum esse non negem, in quavis lingua legi Scripturam sacram, ita certe periculosum est ex versione legi, cuius mala fides fidem facit omnibus, id illi studium esse, ut bene scripto male vertendo pervertat, ut populus ea se legere putet in Scriptura sacra, quae vir execrabilis ab execrandis hausit haereticis. Iterum valete, viri serenissimi atque animo meo longe carissimi.

## Leo .x. Pont. Max. Henrico .viii. Angliae regi.

Quanto honestiores et promoveri digniores personas Maiestas tua nobis commendat, tanto nobis gravius est non posse tuis et earum votis pro re et loco satisfacere. Non erat nobis ignotum dilecti filii Cuthberti Tunstali in episcopum londoniensem nominati et electi excellens eruditio, summa vitae integritas, et rerum tractandarum experientia, quantumque Maiestati tuae ob eas causas gratus esset non ignorabamus, adeo ut vel sponte nostra data occasione fuerimus hominem ad altiora evecturi. Sed quominus ex animi nostri sententia istam nominationem et electionem prius quam

Cod. vat. 8075 f. 25.

Digitized by Google

ad Urbem accesserimus confirmaremus, id idem in causa fuit quod expeditioni abbatiae divi Albani obsistere, Maiestati tuae significavimus. Quod *tamen* in manu nostra fuit, ut cognoscat Maiestas tua nihil nobis esse antiquius quam ut sibi quem pro tempore possumus morem geramus, volumus quod cum gratia Maiestatis tuae liceat, et per hasce breves nostras Cuthberto concedimus, ut quamvis per bullam plumbeam talis expeditio facta non sit, proventus tamen, fructus et redditus omnes episcopo debitos, ceteraque emolumenta tam spiritualia quam temporalia ex eodem episcopatu libere recipiat; et ad hanc nostram voluntatem et concessionem impediendam statuta, ordinationes, privilegia, consuetudines ecclesiae londoniensis, praescriptione, iuramento, ultima fundatorum voluntate firmatas, nihil pro hac vice roboris *aut vigoris* habere decernimus, et omnino declaramus. *Ita tamen* ut ante tres menses exactos, post nostrum ad Urbem adventum, istius episcopatus provisio in consistorio nostro et per plumbatas litteras rite expediatur. Verum quia ad huius nostrae concessionis effectum gratia et auxilio Maiestatis tuae Cuthbertus indigebit, etsi hominem ob egregias suas virtutes Maiestati tuae commendatum non dubitamus, tamen ut qui liberalitatem tuam in maiori re sensit, et in hac parva sentiat, eum quo possumus maximo paterno affectu commendamus, ne propter nostram ab Urbe absentiam, temporum culpa aliquanto diuturniorem, tantum incommodi et dispendii patiatur.

EXPLICIT VOLUMEN.

14
8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2044 055 333 678

This book sho
the Library on or before the last date
stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

DUE OCT '64 H
WIDENER
WIDENER
AUG 2
FEB 1 0 2001
CANCELLED
BOOK DUE

Digitized by Google

Digitized by Google